

M P V I

1 6 3 3

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI;
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Gd. 22.

Gd. 22.

SCHEMA REGIA.

SIVE

I. COMMENTATIO DE OFFICIO ET INSTITUTIS

PRINCIPIS

*Agapeti, magnæ illius Ecclesiae Constantino-
politana in plagâ orientali olim*

Symmyste, ad

JUSTINIANUM, EJUS NOMINIS I. IMP.
circa annum Christi 530. perscripta,

*In peculiares Aphorismos redacta & το αρχιλόγιος collatione
sacrorum instituta, demù recognita, & acceßione*

Marginalium locupletata.

II. TABELLA MONITORIA.

- M. Aurelii Imp. ad Commodum F. Imperii hæredem & Successorem.
III. INSTITUTIO HOMINIS CHRISTIANI APHORISTICA,
IV. Sententia Ethico-politica ex Italico Latina civitate donata, in
classes X V I. digesta, Principibus instituendis convenientissimæ.
V. Imp. Rom. Series à Jul. Cæsare ad Rodolph. II. denatum & ejus
legitimis votis designatum successorem Matthiam I. Schema-
tismo peculiari declarata,

Studio & opera

HENRICI KITSCHII LIP. M.B. ET
in aulâ Anhaldinâ, quæ Dessa est,

Bibliothecarii, &c.

ANNO, quo

Vot IV a Data est Corona Matthiae.

M D C

VV

II

**Ex Chalcographia Zachariæ
Dörfferi.**



THOMAS GARZON DISCURSU IOI.

1. Sunt quidam, qui scire volunt, ut sciant, &
2. curiositas est. Sunt quidam , qui scire vo-
3. lunt, ut sciantur, & vanitas est. Sunt qui-
- dam, qui scire volunt, ut lucentur, & cupi-
4. ditas est. Sunt quidam, qui scire volunt, ut
ædificant, & caritas est.

IIIU-

ILLUSTRISSIMO,
AUGUSTISSIMÆ FAMILIÆ, EXSPE-
CTATISSIMÆ AUTORITATIS PRINCIPI
AC DOMINO

DN. GEORGIO GVILIELMO
SERENISSIMI, POTENTISSIMI,
ET FELICISSIMI PRINCIPIS, ELECTORIS
BRANDEBURGICI &c. DN. JOANNIS SIGISMUNDI
F. Primogenito, ad summam quæq; nato.

Marchioni Brandenburgensi &c. Prussiae,Juliae,
Clivie, Berge, Sctini, Pomeranie, Caſubie, Van-
dalie, in Silesia, Croſne, & Carnoviae.

DUCI

Burggravio Norico: Principi Rugiensi,
Comiti Marca & Ravensburgi,
Dynaſta ravenſteinæ, &c.
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Inſignificationem ſtudii obſervantissimi,
rebus omnibus promti maxime ac parati,

OPUSCULUM HOCCE

L. M. Q.
Officioſiſſimo animo

Nuncupat
AUTOR.

Anno Gratiae Salutis feræ

greptVſterræ eMInet Inter aſtra RoDolphVs.

A 2

Ad

Ad Eruditione & Virtute excellentem virum,
Dn. M. Henricum Kitschium, M. B.
de Principis officio tractantem,
Epigramma.

C Epiſti dudum di-vini ſpargere dona
Ingenij, dotesq; tuas, doctiſime KITSCHI,
Nec ceſſas, dum edis mira brevitate libellum,
Quo collecta vident, alias quæ ſparsa leguntur
Mille locis, Domini terræ, laudum unde parare
Materiem ac ſeriem, ſpeculumq; exemplaq; vita
Inſpicere, & tandem ſcire, & depromere poſſunt,
Quæ facienda, quid & ſit turpe, quid utile, quid non.
Perge tui ingenij depromere munera, perge
Clare vir, Aonidum decus, antiſtesq; fororum,
Digerere in numerum confusa, ac reddere lucem
Obductis tenebris, mutila ac contorta replere,
Sic preclara tui ſtudij monumenta relinques
Plurima, ſemper honos quorum laudesq; virebunt,
Livor atrox monſtrum, monſtrum execrabile livor
Ceffabit, vultuq; hilari ſpectabere ab omni,
Qui prius invidere tibi, invidiſſe pudebit.

M. Iohannis Coppenij.

De



DE OFFICIO ET STUDIIS PRINCIPIS

Aphorismus 1.

PRinceps divinæ memor originis, in gubernatione i. Autor imperiorum DEUS,
DE U M Principem suum spectet, ejusq; gloriam riorum DEUS,
spiret.

Sapientia 6. v. 1. 2. 3.

Audite igitur Reges, & intelligite, discite, ô judices
extremitatum terræ. Auribus percipite dominatores
multitudinis, & superbientes de turbis nationum.
Nam data est à Domino potentia vobis, & potestas
ab altissimo qui questionem habebit de operibus ve-
stris, & consilia perscrutabitur vestra.

Aphorismus 2.

2. Princeps justitiae observantissimus injustitiae fu- Forma & ner-
rentis audaciam, vindice justitiæ frangat. bus regimint

Deut. 52. v. 1.

Si fuerit controversia inter aliquos, ideoq; accesse-
rint ad judicium, ut judices sententiam de eis ferant,
tum justum pronunciaturi sunt eum, qui justus est, &
improbaturi eum, qui improbus est.

Aphorismus 3.

3. Princeps sortis humanæ memor DEIq; metuens,
sanctæ pietatis sortem non fastidiat.

*Tiθωτις οεαντρ. Cognitio sui ipsius. Quicquid mandus dedit
liberum est: quod D E U S, sine suspicione possidetur. Guevara in e-
pistolis.*

Eccles. I. v. I.

Vanitas vanitatum & omnia vanitas.

Job. 14. v. I.

*Homo natus de muliere, brevivivenst tempore reple-
tus est multis miserijs.*

Paul. I. ad Corinth. 4. v. 7.

Quid habes, quod non acceperisti?

Aphorismus 4.

*4. Princeps nobilitatem omnem virtutis & pietatis,
non stipatam satellitio ducat ignobilem.*

Homo limus & lutum & vas stercoreum. Fulgentius.

Psal. 82. v. 6.

*Ego dixi, vos Dij estis, & filij excelsi. At certe, ut
plebeius Homo moriemini, & sicut unus aliorum
principum cadetis.*

*Nobilitat virtus, non genus, una viros. Non gens sed mens. Non lu-
tulentum genus, sed morum integritas jaletetur.*

Aphorismus 5.

*5. Princeps non tam suam, quam patriæ salutem: non
tam suorum, quam Reipublicæ emolumenta procuret
& provehat.*

*Ita nauis cursus, medico agroti salus, duci victoria: Sic principi sit cu-
ra proprii vita & cata gregis. Cic.*

Psal 78. v. 70. 71. 72.

*Deus elegit Davidem servum suum, & assumpsit eum
a caulis gregis. A tergo foedarum duxit eum, ad pa-
cendum Jacobum populum suum, & Israelem possesi-
onem*

3
Onem suam. Qui pavit eos pro integritate animi sui,
& summā prudentiā manuum suarum deduxit eos.

Aphorismus 6.

6. Princeps quanto nobilioribus ditatus à DEO dotibus eminent, tanto majori erga D E U M devinctus gratitudine tenetur.

Grati studij debitum, & bene merendi de singulis officiosa voluntas, in Principe gemma coruscans.

Psal. 100. v. 2. 3. 4.

Colite Jehovam tripudiantes, venite in conspectum ejus cum cantu. Agnoscite JEHOVAM esse D E U M, ipsum effecisse nos (non autem nos ipsos) populum suum & gregem pastus sui. Ingredimini portas ejus cum gratiarum actione, atria ejus cum laude, gratias agite ei, benedicte nomini ejus.

Ex Iesu Christo. Divina progenies Homo. Aratus & Paul. in actis.

Aphorismus 7.

7. Princeps cùm divitias fortunæ dominationi subjectas esse videat, immortales beneficentiae opes sibi comparet.

Eunoia, Benignitas erga subditos & egenos.

Psal. 37. v. 25.

Puer fui, etiam consenui, sed nunquam vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.

Aphorismus 8.

8. Princeps erga subditos sit placidus & comis, ut & ipsi divinæ benignitatis fores pateant.

Princeps faciles aditus venientibus offerat & placida fronte suppli cum preces exaudiatur.

Sirach. 4. v. 4.

Suppli.

4

Suplicem afflictum ne abiicias, ne avertas faciem
tuam à paupere.

Aphorismus 9.

9. Princeps ut rectè negotia rerum arduarum, quibus
est publica nixa salus, administret, divinarum legum
oracula sèpiuscule animo & pectore revolvat.
Oracula sacrarum legum sunt cynosura salutaris gubernationis.

Josuæ.1. v.8.

DEUS dicit Josuæ, ne discedat liber iste legis ex
ore tuo, sed mediteris de eo interdiu & noctu, ut cum
observantia facias omnino, prout scriptum est in eo:
Tunc prosperaberis in viis tuis, & tunc secundaberis.

Aphorismus 10.

20. Princeps cum errore suo summam in pernitiem
republicam adducere possit, prudenter secum, quid
agit, expendat.

Prudentia adhibenda in dicendo & agendo.

Sirach.10. v.3.

Princeps rufis perdit populum suum, civitas vero
intelligentia potentum habitabitur.

*Princeps illiteratus, secundum Alphonsum Arragonie Regem est
nullus asino coronato.*

Aphorismus 11.

11. Princeps inconcussum semper habeat animum, ut
in hoc rerum fluxarum discriminé pietatis studium
unicè patiatur sibi esse commendatum.

Pietatis studium in ista rerum omnium instabilitate durable.

Nahum.1. v.7.

Bonus est Jehova, robur est tempore angustiarum, &
agnoscit recipientes se ad ipsum. Itaque, inundatione
pervaz.

pervadente, affecturus est consumtione locum illius.
us. & inimicos ejus persequuntur tenebrae.

Aphorismus. 12.

12. Princeps bilingues & qui falsis criminibus alios
in odium & invidiam vocant, prudenter avertetur.

Duplici mente viri fugiendi & fugandi. Odiceu Erebi claustra &c
Ex Homero.

Proverb. 26.v.18. &c. 25.

Ut insaniens, qui jaculatur malleolos, sagittas &
lethalia. Ita est quisquis decipit proximum suum, &
dicit, nonne ridebam? Quando gratiosam præbabit
vocem suam (colax) ne fidito ei, nam septem abomi-
nationes sunt in animo ejus.

*Malleolus est manipulus sulphure & pice illitus, qui inflammatus
de muris in hostes devolvitur. Ein Pechfranz.*

Aphorismus 13.

13. Princeps nullo unquam tempore, nullaque forte,
recta justitiae orbita excutiatur.

Proverb. 4.v.25. 26.27.

Oculi tui è regione intueantur, & palpebrae tuæ spe-
cent, recta coram te. Expende orbitam pedis tui, ut
omnes viæ tuæ stabiles sint. Ne declinato dextrorsum
vel sinistrorsum, amove pedem tuum à malo.

*Tuta basis est, inconcussum habere animum, & tetragonum esse
instar cubi.*

Aphorismus 14.

14. Princeps, memor humanæ miseriae, non sit elato
animo, alios præ se superciliosè contemnens, quamvis
in excelso dignitatis fastigio consistat.

*Princeps quamvis sit divini pars honoris, communis tamen est con-
ditionis homo, nam secundum Poëtam: Quid nisi Squalor homo est?*

Squalores gignimus inter, Squalores inter vivimus & morimur. *Par
tingenius.*

Pietas Principis summum decus & diadema. Quid enim juvat ambi-
tiosus honos & nominis aura? hec quoq; sub leges mors vocat atras suas.

Job. 14. v. 2.

Homo natus de muliere brevis ætate, & satur in-
quietudinis est. Ut flos simulac egressus succiditur, &
fugit velut umbra, neq; consistit.

Aphorismus 15.

15. Corona Principis est cultus numinis divini. Di-
vitiæ namq; abeunt, & transit gloria mundi. Sed vita
DEO placens immortalis est.

Paul. I. ad Timoth. 6. v. 6.

Magnus est quæstus pietas & religiosa observantia Dei
cum animo suâ sorte contento.

Aphorismus 16.

16. Princeps cumulandarum opum curâ minime an-
gatur.

Princeps alienus sit à turpis Ænore. Aurum enim ex lacrimis pati-
perum proveniens est adulterinum, autore Eusebio.

Paul. I. ad Timoth. 6. v. 9. & 10.

Qui autem volunt ditescere, incident in tentatio-
num laqueos & cupiditates multas aniles & exitiosas,
demergentes homines in exitium & interitum: Siqui-
dem radix omnium malorum est studium & amor pe-
cuniæ, quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide,
& seipso transfixerunt doloribus multis.

Lucrum cum invidiâ periculum est. Cassiodorus.

Aphorismus 17.

17. Princeps tum demum ex commodo reipublicæ
regnabit, si literas cum sapientiâ conjunxerit.

Principe

Principem augustum reddunt literas.

Eccles. 10. v. 13.

Vx regioni, cuius Rex puer est, & eius Principes
mane comedunt.

Aphorismus 18.

18. Princeps non sit mancipium affectuum, sed ratio-
nis sceptro subditos gubernet.

*Princeps ratione cuncta moderetur, & sibi divinitus concessam gu-
bernationem norit.*

Proverb. 19. v. 32.

Melior est longanimis robusto, & qui dominatur in
animum suum, eo, qui capit civitatem.

Aphorismus 19.

19. Princeps, ut suos in debito obsequio contineat,
cruelitatis expers, languida regnat manu,

Gratia severitate temperata amabilem reddit Princepem subditos.

Paul. ad Rom. 12. v. 20.

Si esurit inimicus tuus, pasce illum: Si sitit, da illi
potum. Hoc enim si feceris, carbones ignitos in ca-
put illius coacervabis.

Aphorismus 20.

20. Princeps subiectis parcat, & superbis resistat manu
potenti: illis exhibendo humanitatem, his demon-
strando potestatem.

Meritis vincuntur subditi.

Paul. ad Rom. 13. v. 3.

Judices non sint terrori operibus bonis, sed malis:
Ne igitur à potestate affligaris, fac bonum, & laus erit
tibi ab ea.

B 2

Apho-

8

Aphorismus 21.

21. Princeps non irascatur ut DEUS, & non efferratur ut mortalis. Nam etsi effigiem divinam gerit, ex pulvere tamen terreno concretus in omnes servet aequalitatem aequilibrii placabilitate & modestia.

Princeps DEI simulacrum aequalitatem in omnes sibi Subjectos usurpet.

Petr. i. Epistola 5. v. 5. 6. 7.

Submissione animi estote intus ornati: nam DEUS superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliatim ergo sub potenti manu DEI, ut vos in tempore extollat.

Aphorismus 22.

22. Princeps consiliarios salutaria suadentes admittat; non turpes adulatores: illi enim, quod expedit, facile perspiciunt: hi verò ad ea, quae placent potentibus, voluntatem suam accommodant.

Adulatores corporum umbras imitantur, Principum dictis & factis per omnia applaudentes: Consiliarii autem veri non item.

Sirach. 9. v. 19.

Pro viribus tuis conjecturam fac de altero, & cum sapientibus ini consilia, cum intelligentibus cæde sermones mutuos, & tota narratio tua legem altissimi meditetur.

Aphorismus 23.

23. Prout audimus, audiemur, & ut respicimur, respiciemur, Talionis lege. Misericordiam itaq; compensemus misericordiā, tanquam aequivalens aliquod preium.

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Celsa enim sede moratur fandi memor atq; nefandi, qui videt irrecto oculo cuncta DEUS.
Epist.

Epistol. Jacobi cap. 2. v. 13.

Damnatio absq; misericordia erit ei; qui non præ-
fiterit misericordiam: & gloriatur misericordia ad-
versus judicium.

Aphorismus 24.

24. Princeps reddat præmia sua factis hominum, &
in virtutum officiis non succumbat.

*Qualia facta taliſ & illorum exitus erit: Nam secundum Pe-
tam, virtuti comes it gloria, pœna malo.*

Sapienetie II. v. 17.

Per quæ quis peccat, per eadem punitur.

Aphorismus 25.

25. Princeps nihil sine numine & consilio aggrediat-
atur.

Dignum patellâ operculum;

*Agenda cunctanter, exequenda mature fiant: siquidem inconfi-
derata in rebus temeritas semper periculosa frut, destituta auxilio
divino.*

Sirach. 37. v. 19. 20.

Supra omnia altissimo supplica, ut dirigat veritas
ipsius vias tuas. Principium omnis operis est oratio,
& consilium omnem actionem anteit.

Aphorismus 29.

29. Princeps subditis suis pulcherrimarum virtutum
facem præferat.

Exemplare regentum manant in vulgus. Claudian.

Matth. 18. v. 7.

Vx Homini per quem veniunt scandala.

Aphorismus 27.

27. Princeps legem quam fixit, ipse patiatur.

*Justa ageret princeps, hec quoque vulgus ageret. Leges, libertas & pars
sunt optima dona. Inscriptio clypei T. Flaminij in templo Del-
phico suspensi.*

Matth. 23. v. 4.

*Ligant (Christus de Pharisæis) onera gravia porta-
tu, & inponunt in humeros hominum; digito autem
suo nolunt ea movere.*

Aphorismus 28.

*28. Princeps flagitia dignis suppliciis coercedat.
Princeps parcat misericordia, & malis infligat penas.*

I. Sam. 3. v. 13.

*DEUS prædictus Heli se vindicaturum esse famili-
am ejus usq; in seculum propter iniuriam filio-
rum, quam novit, non tamen repressit.*

Aphorismus 29.

*29. Princeps fugiat improborum sodalitia, jungatq;
sibi hos qui ipsum possint facere meliorem.*

*Mores ingenuos ledit turpe sodalitium. In vitium enim cereus
est omnis homo.*

Paul. I. Cor. 15. v. 32. Ex Menandro.

Corrumptunt bonos mores colloquia prava.

Mores pellent & agnoscuntur ex oratione. Diogenes,

Aphorismus 30.

*30. Princeps rerum suarum curam committat viris
experientissimis, ne quid detrimenti Respublica ca-
piat.*

*Princeps intenta mente dispiciat, quibus commissi demandet mu-
nia regni.*

Exod. 18. v. 21.

*Providet o (inquit Jethro ad Mosen) ex universo hoc
populo*

populo viros strenuos, DEI amantes, veraces, turpis
lucratores, quos constituas super eos.

Aphorismus 31.

31. Princeps nihil ex favore, nihil ex odio decernat, sed
æquâ lance justitiam administret.

*Princeps justitiam reverenter habens nullo discrimine unicuique
suum attribuat, ne prejudiciis bona causa laboret.*

Deut. I. v. 16. 17.

Cognoscite causas inter fratres vestros, judicate ju-
stè inter virum & fratrem, nec non peregrinum. Ne
respicite personam in judicio, quin potius parvum
atq; magnum æquanimiter audite. Ne metuite à
quoquam, nam judicium ipsum DEI est.

Aphorismus 32.

32. Princeps candidos amet foveatq; ; Assentatores
abominetur.

*Blanditus raro solet inesse filios. Constant autem amicitia virtutis
iuncta principis est satellitium.*

Psal. 101. v. 6. 7.

Oculi mei (David de seipso) attendent ad veraces
terræ, ut confideant mecum : ambulans via integra is
ministrabit mihi. Non habitabit intra domum meam
faciens dolum : loquens mendacia non stabilitur co-
ram meis oculis.

Aphorismus 33.

33. Princeps in secundis non delicietur insolenti ja-
ctantia : nec succumbat rebus adversis. Alterna enim
sunt vices rerum.

*Quæ flecti nequeunt, nec mutari unquam possunt ferendo,
vincenda. οὐν τὸ τύχην. Isocrat.*

Rebus

*Rebus in angustis fortis atq; animosus appare. &c. Horat. Et
Rebus in adversis facile est contemnere vitam &c. Martial.*

Proverb. 24. v. 10.

*Si remissem te geras angustia tempore, augusta erit
virtus tua.*

Luce. I. v. 51.

Deponit potentes de sede, & exaltat humiles.

Aphorismus 34.

*34. Princeps fretus potestatis suæ amplitudine, non
abripiatur licentia ventis.*

*Non mutet mores bonos, nec liceat facere protervè omnia, sed
tantum ea, quæ ratio suæ seruit.*

Psal. 101. v. 23.

*Indesinenter ambulabo in integritate animi mei
intra domum meam. Non proponam mihi ob oculos
rem nefariam: factum declinantium odi, non adha-
rebit mihi.*

Aphorismus 35.

*35. Princeps non tam metu, quam amore obsequium
ibi paret.*

*Altera fides, par gratia, mutuus amor principis & populi corda
ligare solent. Violenta enim non sunt diuturna. Sed quod gra-
tia servat, tutius imperium est, seditionis omnis expers. Princeps
neminem à se dimittat tristem. Sueton.*

Proverb. 16. v. 15.

*In lucida facie Regis vita est, ejusq; benevolentia
est velut densa nubes pluviae serotinae.*

Aphorismus 36.

*36. Princeps sui ipsius director cupiditatibus frenos
injiciat.*

Quis

Qui regere pravos animi motus novit, hic principis nomine dignus erit.

Sirach.5.v.2.3.

Ne persequaris animam tuam & robur tuum. ambulando in viis cordis tui. Ne dixeris, quis anima advertebat in me propter opera mea? Nam Dominus omnino ulturus est injuriam tuam.

Aphorismus 37.

37. Princeps clementia & benignitate imitatur DEUM.

Princeps ad premia velox sit, lentus ad poenas.

Lucae.6.v.36.

Estote ergo misericordes, sicut et pater vester misericors est.

Aphorismus 38.

38. Princeps carius nihil quicquam habeat pietate & promta miseros juvandi facultate.

Coharet cum precedenti. Officio suo gratia constat. Et pietatis premia sua apud DEUM sunt reposita.

Paul.1.Timoth 4.v.8.

Pietas ad omnia compendiosa est, promissionem habens vitæ præsentis ac futuræ.

Matt.5.v.7.

Beati, qui sunt misericordes, quoniam ipsis misericordia retribuetur.

Aphorismus 39.

39. Princeps præmijs afficiat bonos, supplicijs malos mactet.

Heu miser principatus, virtuti ubi premia desunt, & cum bonis similes sunt in honore mali!

Proverb. 17. v. 13.

*Qui reddit malum pro bono, non amovetur malum
a domo illius-*

Aphorismus 40.

40. Princeps non ad lubentiam & volentiam, sed ju-
stitia normam moderetur rem publicam.

*Qui cuncta ad animi sui motua vitirosos exigit, hic principis nomen
habere nequit.*

Paul. ad Ephes. 6. v. 9.

Et vos domini eadem facite erga Servos remitten-
do illis delicta : quia nostis, quod Dominus quoq, ve-
ster est in cœlis, & acceptatio personarum non est a-
pud eum.

προστατεύειν
ληψία.

Aphorismus 41.

41. Princeps in judicijs justam amicis & inimicis sen-
tentiam dicat.

*Judicandi munus obeundum equa lance tam ad amicos, quam ad
inimicos.*

Levit. 19. v. 15.

Noli exercere pravitatem in judicio, neq, accipere
personam tenuis, neq; honorem exhibere personæ
magni : justè judicato proximum tuum.

Aphorismus 42.

42. Princeps nihil statuat parte inauditâ alterâ. Hoc
enim est abuti sceptro & jure.

Nihil cautè simul & celeriter geri potest. Alb. Krancius.

*Cayenda precipitania in judiciis, que multorum causa solet esse
malorum, sicut mora prudens cōmodorum cornu copie. alop. 160.
d. et a. rigor juris, sumum jus, summa inclemētia, injuria,
malitia & crux. Cicero & Columella.*

Non possant dici iusta, que nimia sunt,

Sir. 48.

Sirac. 19. v. 22. 23. 24.

Est justitia accurata, quæ ipsa injusta est, & est qui pervertat gratiam in proferendo judicio, sed qui justè judicia pronunciat, hic sapiens est. Est qui pravè agens flexus ambulat pullatus, sed apud se plenus est ignito dolo. Una quidem deflectit vultum, & surdum voluntariè agit: sed ubi non cognoscitur, prius te afficit malo.

Aphorismus 43.

43. Princeps gratum se DEO exhibeat vitæ sanctitate, memor beneficiorum divinitiis in se collatorum.

CASSIODOR.

In nobilita semper repetenda sunt munera mente, quæ DEI manus alma contulit. Licit autem equivalens pro tot meritis rependi non possit, cum desint vires, sit meminisse, satis. Ovid.

Malach. 1. v. 6.

Filius honorat patrem, & servus Dominum suum. Quod si pater sum, ubi est honor meus? Et si Dominus sum, ubi reverentia mea?

Aphorismus 44.

44. Princeps in pauperes munificus in extremo volventium seculorum die mercedem reportabit.

Nulla munera sanctiis herent, quamquam quæ misericors larga suppeditantur manu.

Ezech. 18. v. 7.

Qui in rapinam non rapuerit (verba JEHOVÆ) panem suum esuriensi dederit, & nudum cooperuerit ueste, justus omnino vivet.

Aphorismus 45.

45. Princeps ad dandum propensior sit, quam exigendum.

Princeps archetypus DEI affictis prompte ferat salutis opem.

Luc. in act. apost. 20. v. 36.

Beatus est dare, quam accipere.

Aphorismus 46.

46. Princeps pari amore subditos prosequatur.

Princeps, caput subditorum, prospiciat ne improbitas regnet & virtutis suus sit fideiq. locus.

2. Sam. 5. v. 1.

Ecce nos os tuum (tribus Israëlis ad Davidem) & ca-ro tua sumus.

Aphorismus 47.

47. Princeps non tam ferro, quam fide sit stipatus.

Beneficiendum cunctis, non enim telis, sed favore conciliantur populi. Hæc res tutissima salutis custodia est.

Lucæ. 6. v. 38.

Qua mensura mensi fueritis, eadem contrà metientur vobis.

Aphorismus 48.

48. Princeps severitatem cum clementia temperatam semper præ se ferat.

Non est formidandus princeps propter amorem, nec amandus propter formidinem.

Deut. 19. v. 19.

Tolle malum è medio tui, ut qui reliqui sunt audi-
entes timeant, neq; pergant deinceps facere simile
quicquam huic rei malæ in medio tui.

Aphorismus 49.

Princ

49. Princeps secundum leges vitam agat, suōq; exemplo ad obedientiam subditis viam sternat.

Cum princeps facienda facit, tunc fit populus honesti observans. Magnum est personam in republica tueri principis. Et qualis in republica princeps, tales quoq; solent esse cives. Cicero.

Paul. ad Tit. 2. v. 7.

Per omnia te ipsum præbe exemplar bonorum operum.

Aphorismus 50.

50. Princeps supplices & munera largientes æquè placida fronte excipiat.

Magna merces erit illi apud DE U M, qui subsidio rerum succurrit egenis.

Proverb. 22. v. 9.

Bonus oculo, ipse benedicitur, cùm dederit de pane suo tenui.

Aphorismus 51.

51. Princeps solis instar radiis benevolentia miseros collustret, malos ultore gladio vindicet.

Virtute & cara imperio magnum conciliatur decus.

Job. 29. v. 15.

Ut Oculi eram cœco (de seipso loquens) & velut pedes claudio eram. Pater eram egentibus, & litem ejus, quem non cognoveram, ipsam pervestigabam.

Aphorismus 52.

52. Princeps fluctibus paupertatis jactatos splendore sue virtutis & clementiae erigit.

Pater ille universi nil magis contulit orbi principe bono, cuius lux sine fine micat.

C iij

Pro-

Proverb. 20. v. 8.

Rex insidens solio judiciali , ventilat in oculis suis
omne malum.

Aphorismus 53.

53 Princeps quo dignitatis fastigio altior , hoc virtu-
tum factis eminentior sit.

*Vilia miratur vulgus , princeps à terra altius levatus humano-
celsus eat gradu.*

Esaïæ. 32. v. 8.

Princeps consilia ingenua meditetur , & rebus ingenu-
is operam det.

Paul. ad Philip. 4. v. 8.

Quæcunq; sunt vera , quæcunq; veneranda , quæ-
cunq; justa , quæcunq; pura , quæcunq; amabilia , quæ-
cunq; boni nominis , si qua virtus , si qua laus est , prin-
ceps subinde cogitet.

Aphorismus 54.

54 Princeps ab inconsulta temeritate sit alienus , &
linguæ volubilitatem rationis momento premat.

*Lubrica lingua est ingens malum : parca autem optimus homini
thesaurus . Hesiodus.*

Sirac. 28. v28.

Ecce circumsepi Possessionem tuam spinis , & ori tuo
fac januas & vectes , argentum & aurum tuum colliga,
sed sermonis tui trutinam confice , & ori tuo fac janu-
am & vectem.

Aphorismus 55.

55 Princeps improbos pœnæ gravitate à peccandi
consuetudine revocet : bonos amore & favore profe-
quatur.

Prin-

Princeps lensus sit ad iram & prudenter judicium de rebus controverbis ferat.

Psal. 101. v. 8.

Singulis matutinis exscindam omnes improbos terræ, præsertim qui operam dant iniquitati.

Aphorismus 56.

§6. Princeps cautus sit, ne blanditiis assentatores in consuetudinem ejus intimam se immergant.

Cœcœ sunt animis latebra longis, recessus. Sepe enim sub mellitâ lingua toxica latent. Fide ergo sed ante vide, cui sit tribuenda fiducia. Christiani. Elect. Saxon. Sub pictura Leonis incubantis armis Saxoniciis Electoralibus.

Proverb. I. v. 9.

Ore Hypocrita corrumpit proximum suum, sed scientia justi liber evadunt.

Aphorismus 57.

§7. Princeps consiliis Salutaribus faciles aures præbeat, eaq; promptè sequatur.

Laus est aliorum consiliis advertere mentem, & meliora sequi. Consilia enim audacia prima specie leta, tractatu dura, eventus tristia esse solent, autore Livio. In consilio itaq; capiendo prudenter, in dando fides requiritur & religio.

Sapient. 6. v. 10. II.

Ad vos, ô Reges, pertinent Sermones mei ut discatis sapientiam & non excidatis. Nam qui inviolatè servat res sanctas, sancti erunt, & qui eam edocti fuerint, defensionem consequentur. Expelite igitur sermones meos, & cupido animo instituimini.

Aphorismus 58.

Prin-

58. Princeps pietate hostes expugnet &, patriæ incolumitatem sartam atq; teatam conservet.

Hic murus aheneus esto principis, assiduis precibus solicitare D E U M. Sic propitia bonitate excelsi viatrix tua causa erit.

Psal. 2. v. 27.

Beati omnes qui confidunt in eo.

Aphorismus 69.

59. Princeps sic moderetur imperii sui habenas, ut ne promissam cœlestis patriæ hereditatem amittat.

Principis cura sit à vitiis populum diétis cobibere severis, & paenitentiis feris. Moderata enim potestas plus valer, quam enīs etrox.

Paul. ad Rom. 2. v. 6

D E U S reddet unicuique secundum opera ipsius; his quidem, qui præstantes boni operis gloriam & immortale decus querunt, nempe vitam æternam.

Aphorismus 60.

60. Princeps beneficentia purpuram induat, quæ sola vetustatis expers est, ne cariem ullam sentit.

Ioan. Episcopus Satiberiensis. Amor in pauperes est incorrupta stola, & beneficentia amictus est purpura non veterascens,

proverb. 20 v. 28.

Benignitas & fides custodiunt Regem, & sustentant benignitatem solium suum.

Aphorismus 61.

61. Princeps quo pluribus à D E O affectus est beneficis, eō fideliori eum cultu prosequatur.

Princeps Pater Patrie toto D E U M pectore veneretur, & illius iussa capte sat cives diligendo tanquam corporis membra sui. Hæc est aeterno res admodum grata D E O,

Luc.

Luc. 12. v. 48.

Cuiusq; multum datum fuerit,multum repetetur
ab eo,& apud quem depositum fuerit multum,ampli-
us reposetur ab eo.

Aphorismus 62.

62. Princeps ad imperij sustinendam molem divinæ
potentiaæ auxilium imploret.

Præsente DEO viætrix stat in agmine causa.

Matth. 7. v. 7.

Petite,& dabitur vobis,quærite,& invenietis,pulsa-
re,& aperietur vobis : Omnis enim , qui petit, accipit,
& qui quærit,invenit,& illi, qui pulsat, aperietur.

Aphorismus 63.

63. Princeps divinæ benicitatis exemplo omnibus
opem ipsius flagitantibus subveniat.

*Fons divinæ bonitatis est inexhaustus ; hujus expressum simula-
crum princeps multa suos commoditate juvet.*

Eadem sententia reperitur à Luca cap. 6. v. 35.

Matth. 5. v. 44.

Diligite inimicos vestros,benedicite devoentibus
vos,benefacite ijs , qui oderunt vos,& precamini pro
ijs,qui vobis infestisunt, & qui persequuntur vos.

Aphorismus 64.

64. Princeps sicut culpæ suæ gratiam à supremo judice
postulat : ita & eam subditis faciat.

*Uit in vota nostra D E U S facilis est & peccatis veniam dare so-
let ; sic princeps venie paratus non suis obesse velit.*

Lucæ. 6. v. 36.

D

Estote

Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, remittite & remittetur vobis.

Aphorismus 65.

65. Princeps cùm domi, tum foris vitæ integer sit, & immaculatus.

Grex principis sequitur prævia facta sui. Cernit enim D E U S omnia vindex, & justa librat omnia lance, nihilq; opertum est, quod non in apricum proferat etas.

Sirac. 17. v. 16. 17.

Omnia opera hominum sunt tanquam sol coram illo, & oculi illius assidue intuentur vias ipsorum. Non fuerunt occulta ab eo, iusta ipsorum facta, sed omnia peccata ipsorum exposita fuerunt Domino.

Aphorismus 66.

66. Princeps extra culpam vivens factis ipsis virtutem exprimat, eamq; protegat.

Pramia virtuti; virtus supplicia desinentur. Reddenda meritis, vicissitudine. Caffiodor.

Luce 23. v. 50.

Josephus Arimathiensis laudatur, non tantum quod non fuerit assensus consultationibus & factis nefarijs. Judæorum in trucidando Christo, verum etiam quod Christi corpus imperterritu animo à Pilato petierit, & sepulchro mandaverit.

Talis hinc exibit, qualis venisti. Ambrosius.

Aphorismus 67.

67. Princeps mortalitatis suæ memor cœlestes thesauros paret.

Paul. i. Timoth. 6.

Princeps in cœlis thesauros sibi colligat, memor conditionis huma-

n.e. Nudus enim ingressus in mundum; talis quoq; inde exhibit.

Psal. 36. v. 5. 6. 7.

Fac, ut experiar, ô D E U S, (precatio Davidis) finem
meum, mensura dierum meorum quid sit, experiar,
quàm durabilis sim. Ecce palmares dispositi dies
meos, & tempus meum ut nihil est coram te? profectò
omnimoda vanitas omnis homo est, quantumvis *εφίμεσθαι*,
ανθεωπέσθαι.
constitutus maximè.

Aphorismus 68.

68. Princeps concitatores animi motus castitatis &
rationis imperio submittat,

*Vincere seipsum palmarium. Magni principis nobile opus est
affectus animi cohibere. Precipua enim & optima victoriarum
omnium est, si seipsum quis vincat, turpissima vero si à seipso quis
vincatur. Amat victoria curam. Matthias I. Elect. Rex Rom.
& imperij Monarcha gloriofissimus.*

Paul. ad Gal. 5. v. 24.

*Qui sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affe-
ctibus & concupiscentiis.*

Aphorismus 69.

69. Diei novissimi princeps non oblitus piorum mu-
nerum usurpatione delectetur.

*De singulis hominum factis sententia in die illo novissimo usurpa-
bitur.*

Sapient. 6. v. 6.

*Quandoquidem, cùm ministri sitis regni ipsius, non
judicästis rectè, neq; observastis legem, neq; ex consi-
lio D E I ambulästis: horribiliter & celeriter instabit
in vos: nam judicium severum exercetur in eos, qui
præfunt.*

Vitæ optimæ, sepultura optima. Chrysost. Homil. 84. Pompei ex equiarum magis sunt vivorū felatia, quam subsidia mortuorum. Augustin. lib. i. de c. D. cap. ii. Valeant ergo, & ad Anticyras usq; relegendur plumbâ leviores illa conciones, rerum bonarum planè expertes, fastidiosius & convicis, plumbo quovis ponderosiores, onerosiores.

Aphorismus 70.

70. Princeps vitæ hujus fugacitatem perpendens ad cœlestia nitatur.

Cum vitæ tempus breve sit, mortalia temne,
Soli te tuaz sacra ns DE O.

Matth. 6. v. 33.

Quærite primum regnum DEI & justitiam ejus, & cetera adjicientur vobis.

Aphorismus 71.

71. Princeps insolentiam exuat, non ignarus, ipsi quoq; definitam esse mortem.

Mortales nos fortuna creavit. Si enim repetamus primam originem, nil nisi terra sumus, futuri tetrici verminibus esca.

2. Sam. 4. v. 25.

Omnino morituri sumus, & futuri veluti aquæ diffuentes in terram, quæ non recipiuntur.

Nec tumulum curro, sepelit natura relictos. Seneca.

Aphorismus 72.

72. Princeps Christo & virtutis constanter vivat, ut in cœlesti beatorum concilio æternum aliquando viveat posse.

Princeps sit cœlestis regni Iuſu-fructuarius.

Paul. poster. ad 4. v. 7

Certamen præclarum decertavi, cursum consummavi, fidem servavi. Quod reliquum est, proposita est mihi

mihi justitiae corona, quam reddet mihi Dominus in
illo die, justus ille judex: Non solum vero mihi, sed et
iam omnibus, qui expetiverunt illustrem illum ipsi-
us adventum.

*Optimi sumus, cum infirmi sumus. Tales esse sani perseveremus,
quales nos futuros profitemur infirmi. Plin. lib. 7. Epist. 26. ad
Maximum.*

Salutem Cypriani & Ciceronis. Stob. ex Platone.



D 3 TA

TABELLA MONITORIA,

*Versibus senariis iisque Græcis
conscriptis.*

M. Aurelij Imperatoris ad Commodum
F. imperij hæredem & Successorem.

*Obiit 16. Cal. April. circa annum Christi 180. ref. Tertullian.)
in Apologetico. ann. atat. 62.)*

I.

Nunquam tyrannum evexi in altum divitem.

Hanc in expeditione contra Parthos, Thebis Ægyptiacis inventi, à Rege Ptolomæo Arsacide scriptam: quam in universâ vita suâ rerum gerendarum habuit promptuarium.

2. Nec justum unquam sum perosus pauperem.
 3. Justitiam nunquam denegavi pauperi,
 4. Nec unquam veniam concessi diviti,
 5. Quod ille pauper, aut quod hic dives foret.
 6. Nec unquam munera ex affectu dedi.
 7. Nec animo irato pœnas unquam irrogavi.
 8. Nec passum sum improbum evadere impunem.
 9. Nec indonatum unquam passus sum abire pro-
 - bum.
 10. Causas apertas non remisi ad alterum.
 11. Obscuriorum causarum non fui solus arbiter.
 12. Nec jus & æquum denegavi unquam supplici.
- Nec

13. Nec merenti clausa misericordia à mē fuit.
 14. Supplicia nunquam irā percitus exercui,
 15. Aut dona sum pollicitus inter gaudia.
 16. Securiorem nemo rebus prosperis,
 Wer nicht zufische/dem nimmer kein gut geschieht. Adag.
 17. Abjectiorem nemo vedit asperis.
*Apostrophe Aurelij ad F. Commodum. Verba que parentes filie
extremā horā dicunt perpetuā memoriam illa tenere debent. Sit er-
go hoc verbum extremum: Imperium formidalem, at bius ta-
belle consiliare amabilem facient.*
 18. Maligniore mente nil feci male,
 19. Avariore nil illiberaliter.
 20. Fores patere nunquam adulatoribus
 21. Sum passus, aures aut casum niantibus.
(Consulatur liber 3. Horologij principum pag. 703.)
 22. Studui, bonis ut semper esse amabilis,
 23. Odiosus esse non recusavi malis.
 24. Quod eram patronus pauperum invalidorum.
(haud potentium)
 25. Contra potentes mihi patronus erat D E U S.

IMPERII PESSUM ITURI

τετραγενερά.

1. Væ regno, ubi sic vivitur, ut neq; à malis boni,
 neq; à bonis mali internoscantur.
 2. Væ regno, quod imperitis domicilium præbet,
 & doctos in exilium mittit.
 3. Væ regno, ubi boni timidi, mali confidentes
 sunt.
 4. Væ regno, ubi pacifici spernuntur, seditioni fo-
 ventur.

5. Væ



5. Vx regno, ubi boni occiduntur, mali coronantur.
6. Vx regno, ubi egeni superbi, divites tyranni esse solent.
7. Vx regno, ubi malum omnes agnoscunt, &baum amplecti nullus conatur.
Sicut Athenienses probantes meliora sequuntur deteriora.
Eurip. & Ovid. de Medeis.
8. Vx regno, ubi abominanda committuntur palam flagitia, ut in alijs terris nec clam illa committere quisquam audeat.
9. Vx regno, ubi cuncti, quicquid illis allubescit, affestant; quicquid affectant, assequuntur; quicquid malum est, cogitant; quicquid cogitant, dicunt; quicquid dicunt, possunt; quicquid possunt, audent; quicquid denique audent, facto aggrediuntur: ac tum ne unus quidem bonus est, qui resistat.
10. Hujus regni tam infortunati, aut populi tam infelicis caveat quisq; ne civis sit.

11. Brevi enim illi vel ira divina, vel hominum furor ingruet, ut aut bonis viris planè privetur, aut à tyrannis occupetur.

Ex epistola M. Aurelij Imp. ad pretores & judices Sicilianos.

REQUISITA IN PRINCIPE ex Biante.

1. Princeps singulis septimanis bis supplicatum divino numini eat, & templa frequentet: Qui secus fecerit, non solum abjicitur, sed etiam vitâ defunctus sepulturâ careat.

Pictas

Pietas fundamentum omnium virtutum. ἐγ. Τερόν αἰδεμα σε-
cundūm Homerum.

2. Princeps sacrorum patronus sit, & instaurator.

Alioquin enim, si parum reverenter divina & eorum para statas habuerit, non est sperandum homines justitiam ab illo impetratu ros.

3. Princeps quadraginta ad minimum annos habet. Hæc enim ætas minorem peccandi in negotiis causam præbere solet: ætas autem grandior propter imbecillitatem virium animi & corporis sustinendis laboribus impar videtur.

4. Princeps apud cunctos bene audiat. Nunquam enim rectè illi parebitur, qui improbus ab universis habetur. *Euphemia Mufarum altrix.*

5. Nemo gubernator legatur, nisi præclarè sit literis eruditus. Nulla enim major reipublicæ pestis est, quam ruditas & imprudentia in gubernatore.

6. Princeps humanitatis sit studiosissimus, crudelitas enim tyrannidis socia est. *Humanitatis studium.*

7. Princeps ad minimum decem annos in militiâ transigerit. Solus enim ille pacem exoptatam conservare novit, qui propria edoctus experientia, quid sint labores militares didicit. *Ufus rei militaris.*

8. Princeps observantissimus sit legum antiquarum. Nihil enim magis reipublicæ exitio est, quam legum *Legum antiquarum inventio, veterumq; consuetudinum bona.* *quarum observantia.*

Innovatio nullâ necessitate urgente odiofissima.

9. Principi tributa ritè solvantur. Princeps enim pauca possidens & multa expendens, aut regnum perdat, aut in tyrannum evadat, necesse est.

Tributorum exactio ad sustentationem principis promptè expedienda. E *Pri-*

Principibus in privatâ offensâ satis esse debet, potuisse ulcisci. Hadrianus Imp.

Animus suæ 10. Princeps ditione à majoribus relictâ contento
force conten- tus sit, neq; bellum regna aliena occupaturus move-
tus. at. Quod si forte conatus fuerit, nemo neq; pecunia
(nervo rerum gerendaram) neq; corpore illum juva-
bit: siquidem quicunq; aliena rapit, ei quoq; propria
DEUS adimet.

Nicol. Reusnerus in Etefisiis.

*Felix ille, quod est si quis vult esse, nec optat
Amplius; ille sui vivit ubiq; potens.*

CAVENDA PRINCIPI.

I.

A Varitia: Animus enim Princeps nimia pecu-
nia cupiditate devinctus parùm attendit, qua-
recta sint, qua prava.

αἰχμέσθα. Ubi aurum pluit, ibi pluit vitium. Gregorius.

2. Adulatio veritatis inimica.

Nemo amicus idem adulator.

Adulatio turpissimum veri affectus venenum. C. Tacitus.

3. Belligerandi cupiditas. Princeps enim, bellis
gaudens externis, pacem oderit suæ reipublicæ
oportet.

4. Nimia familiaritas & scurrilitas. Illa in con-
temptu abit; hæc in licentiam impunè omnia fac-
endi.

5. Munerum corruptela: Sanum cōsilium non est
expectandum ab avaro. Et quo die me donis corrum-
peres, necesse foret, ut ego te malis corrumperem
consiliis.

Epime.

Epimenid. referente Stobæo.

*Quas hominis concessit opes industria avari,
Hæredes spargit prodiga dextram mali.*

6. Desidia & inertia tanquam capitales hostes facientia.

7. Factiones & mendacia. Quando enim in domo principis mendacia & conjurationes tolerantur, regni pessum ituri præsagium est.

Non decet os mendax principem.

ARCENDI EX AULIS Principum.

1. Superciliosi. Absurdissimum enim, intimos esse principum, quibus nec suavia ad imperandum verba, nec animi ad accipienda imperia mites sunt.

2. Invidi; Nam si inter ministros principum regnat invidia, perpetua erunt in aulis dissidia.

3. Iracundi: horum n. ministerio princeps subditis fiet inacceptus.

4. Inexplebiles & pleonæstici. Minus enim amari à subditis principes solent, si illorum ministros semper apertas ad accipienda beneficia manus habere videant.

5. Libidinosi. Tantum enim abest, ut libidinis speranda sit emendatio, ut officarius, qui, cum infamia totum sese illi dedidit, principi semper debeat esse suspectus.

6. Gulosi. Cùm enim eorum, qui circa principes sunt, munus sit præcipuum, bonis illos juvare consilijs

profecto, me quidem judice. (Salvis tamen aliorum re-
ctius judicantium sententiis.) ab homine nimis fato
citius ructus indigestus, quam maturum expectabitur
consilium.

*Edones & bibones ventre, & gula, sibi ipsi hostes. Corn. Tacit.
Parvo fames constat; magno fastidium. Chares.*

7. Blasphemi. Minister enim, qui Creatoris sui no-
men ignominia palam audet afficere, multo facilius
principem suum clanculum criminauitur.

*Blasphemi olim de saxo, cui nomen Equo, precipitati, dementis
animi justa supplicia pendentes. Val. Max. lib. i.c. 8.*

8. Ignavi & voluptuarij. Nam secundum providen-
tiā divinā ad amplificandam principum potentia-
m nihil magis facit, quam ministrorum intimorum
fidelitas & industria.

Oὐκ ἔστι τοῖς μὴ δέων σύμμαχος τόχη. Sophocles.

9. Infames: non enim potest omni culpā liberari
princeps, quando in regia sua inter familiares retinet
aliquem publica notatum infamia.

10. Idiotæ & imperiti. Non enim pessum eunt
regna, quod principes sunt adolescentes vel effrenes,
vel incompositi, sed quod imperiti, malitiosi & vitiosi
sunt illorum Consiliarij.

11. Vx Vx Vx terræ, cuius Dominus vitiosus, Sub-
ditus seditionis. Officiarius avarus, & Consiliarius im-
peritus ac malitiosus est, tunc enim actum est de re-
publica.

*Humana consilia castigantur, ubi se cœlestibus preferunt.
Val. Max.*

DEPLORANDA PRINCIPI.

Iactura

I.

1. Jactura & Damnum reipublicæ,
2. Læsi sua ipsius existimatio, quæ alter sanguis censetur, pariq; passu cum vita ambulat.
3. Aerumnæ affictorum, quorum curam ut suscipiat, divinallege illi incumbit.
4. Prosperitas & gloria tyrannorum. Cui enim tyrannis non displicet, is bonorum indignus est amore & obsequiis.
5. Mors sapientum & prudentum virorum. Nulla enim potest in vita contingere principi major jactura, quam si vir sapiens, cuius opera utebatur in gubernanda Republica, moriatur.

*Tum demum intelliguntur bona, quando sunt amissa.
Plautus.*

PRINCIPATUS DAMNA.

I.

Valetudinis jactura in exantlandis gubernationis laboribus.

ἴξανθάν, exhaurire.

2. Habendi plura libido: animus enim cupidatum flammis ardens non lignis opum obruendus, sed sepuichri terra suffocandus est.

Cassiodorus. Aurum & divitias per bella querere; nefas esse per maria; periculum: per fallacias; opprobrium: per agriculturam; lucrum. Honestum autem est lucrum, per quod nemoladitur, & justè sibi acquiritur, & nulli prejudicatur.

E 3 3. Animus

3. Animus sibi non constans. Hanc enim pœnam
DEUS statuit animo ambitioso, ut neq; parvo, neq;
magno contentus sit.

4. Amicorum alienatio:non inficiaberis, si multas
parasti pecunias, multos & fideles te perdidisse ami-
cos. Est enim quasi fatale divitibus, ut ipsorum ame-
mus opes, & oderimus personas.

5. Cupiditates insatiabiles. Nam si altius radices
in corde agant vitia, non nisi morte evelli possunt.

6. Curæ perpetuæ. princeps enim multa habens
totus in illis conservandis occupatus est: at qui pauca
habet, multo, quo illis fruatur, abundat tempore.

Effugere cupiditatem regium est vincere. Publius.

7. Rarus ex opibus fructus: animus enim cupidi-
tatis veneno infectus lucrum habet pro delectamen-
to, usum fructū verò & erogationem in pauperes pro
morte.

De male-quistis non gaudet tertius heres.

Divitie injuste-partia sunt arrha infortunij. Euripides.

8. Solitudines innumeræ: regna siquidem quæ
subegisti numero pauca sunt; solitudines, quibus cor-
ruum obruiisti, infinitæ sunt. Pauperiores certè sunt
domini opulenti, quam clientes tenuissimi. Non enim
ditior est, qui plus habet, quam miretur, sed illo etiam,
quod habet, minus cupit.

GENERALIA PRÆCEPTA A Prometheo lata Aegyptijs.

I.

Princeps ipse nemini manus inferat quacunq; etiam
mole-

molestiā sit affectus. Bonorum enim principum manus non ulciscendis injurijs proprijs, sed defendendis injuriā affectis adhiberi debent.

Seneca.

De vindicandis injuriis lex est, ut tria princeps consideret:

1. Aut ut cum, quem punit, emendet.
2. Aut ut pœnā ejus ceteros meliores reddat.
3. Aut, ut sublati malis ceteri securiores vivant.
2. Princeps neq; defensionis neq; offensionis ar-
ma gestet,
3. Princeps non solum à cæde manus, sed à sup-
pliciorum spectaculis oculos etiam abstineat. In
conspictu enim principis ut gloriosum est omnes ho-
nore meritò affici : ita indecorum est vita aliquos
privari.

MAGISTRATUS BONI IDEA.

I.

Sit in sententiis justus, in verbis verax, in actionibus honestus, in exercendā justitiā mitis, in accipiendis donis abstinentissimus.

Simulacrum Magistratus à Thebanis effictum.

Fuit illud 1. cœcum & 2. auritum & 3. judices Manci:
Cœcum quidem ; ne spectator sit aut acceptator personarum : Auritum ; ut eo magis sit intentus in causas : Mancis denig; judicibus ; ne pecunie aliquâ largitione se corrumperint. Andreas Alciatus,

2. Parum ponderis habet sententia lata ab eo, qui
damnari ipse merebatur.
3. Præsidem bonum occupatum ad eo in laudabili
justitiæ

Justitiae administratione esse oportet, ut ne peccando quidem capiti ocium supersit.

4. Nihil pejoris exempli potest esse, quam penes eum, cuius in unus est vera judicare, nihil nisi os mendacijs plenum inveniri.

5. Justitiarij ita sint comparati, ut neq; in vita ipsorum quicquam reprehendere, neq; ex verbis ipsorum veluti pignus capere quisquam possit.

6. Non judex, sed tyrannus est, qui in judicando gratia vel odio indulget.

7. Deus ut pater est veritatis, ita justorum titulo gloriari non sinit, qui summam cum sua contumeliam tam multa injuste faciunt.

8. Nunquam justitia & avaritia in uno homine convenient.

9. Quo die crescere domi judicis divitiae cæperint, eodem die minui incipit justitia.

10. Judice fructus comedente, stuporem dentium litigator miser sentit.

11. Gladius conditur, ubi aurum suscipitur.

12. Qui conscientiam habet sauciam judex, nunquam sartam & testam præstabit justitiam.

13. Qui sponte conscientia alienæ opus suscipere satagit proprium hand facile magni aestimabit.

MONITA PRINCIPALIA.

In tabulâ æneâ, scripta, & in portâ regiâ
Mithridatis regis Pontici collocata.

Hand

- H**aud sapiens Princeps, uni devinctus amico
 Qui regno accersit certa pericla suo.
 Nunquam etenim unius studium præstabit amici,
Quod populi fido pectori præstat amor.
 2. Nec fuerit prudens princeps, qui donet ut uni
 Plurima, nil cunctos curat habere nihil.
 Tristius agricolæ nihil est quam dextera fruges,
Quas ipse excoluit, quando aliena metit.
 3. Turpe animo potius princeps si unius avaro,
 Cunctorum faciat quam satis obsequiis.
 Nam reddi officiis merces valet aqua bonorum,
At mensexpleri nescit avara mali.
 4. Consilium stolidus cunctorum spernit, amici
 Vnius ut princeps pareat arbitrio.
 Nam manus invalida clavum regit una triremi,
Que tamen haud uno remige carpit iter.
 5. Cunctorum princeps odium qui unius amori
 Post habet, hunc sanâ mente carere neges?
 Nam vitam ut semper moderatam in amore, deco-
 rum est
Atq[ue] odijs expertem vir generosus agat.

Huic inventio Mithridati accepta fertur, sicut ingeniosus Poëta.

Q. Serenus Sammonicus lusit.

Antidotus multis Mithridatica --

Con sociata modis, sed Magnus scrinia Regis

Cum raperet victor, vilem deprehendit in illis

Synthesin, & vulgata sati medicamina risit;

Bis denum Ruta folium, salis & breve granum,

Juglandesq; duas, terno cum corpore fucus,

Hec oriente die, modico consperfa Lyxo,

Sumebat, metuens dederat quæ pocula mater.

Hinc Martialis lib. 5. prodidit, quod se invictum adversus venenam fecerit, subinde venena bibens, his versibus.

Profectus puto Mithridates sape veneno.

Tuxica ne possent sœva nocere sibi.

QUID NOS DEO HOMINI- busq; acceptos faciat.

I.

Beneficiorum acceptorum memoria, & injuriarum illatarum oblivio.

2. Alienorum laborum æstimatio major, quam propriorum.

3. Conversatio cum bonis & malorum fuga.

4. Gravitas erga maiores, affabilitas erga minores.

5. Præsentibus beneficiendum, de absentibus & mortuis bene semper loquendum.

6. Fortunarum jactura parvi: Existimationis magnæstimanda est.

7. Neq; unius rei consequendæ gratiâ multas, neq;
multas

39

multarum incertarum causā, una certa in aliam mit-
tenda.

8. Ut non plus quam unum inimicum habeas, &
ne quem inimicum capias, caveas. Hæc præstanda
sunt ei, qui bonus inter bonos numerari cupit.

COMPENDIUM OMNIUM Legum antiquarum.

I.

Ita cautus vivito, ut nullius vitij singularis notari
possis. Si enim virtute princeps excellit, nullus ex
ipsis domesticis dissolutus erit.

2. Aequabilem administrato justitiam tam eis, qui à
regione venit remorissima, quam qui circa te est assi-
dius.

3. Veridicus esse gaudeto, neq; in loquendo pro-
lixas ut sis cavero. Principes enim in verbis incon-
stantes, & dubiæ in promissis fidei, ab amicis deserun-
tur, & ab inimicis ludibrio habentur.

4. In conversatione benignus esto. Principes enim
morosos homines oderunt.

5. Scurras & adulatores, carcinomata aulæ fugito;
Tales enim vitæ pravitate civitatem perturbant &
affectionibus suis famam tuam obscurant.

*Principum miseria non postrema est, quod ne in morte qui-
dem careant affectoribus. Plutarchus.*

6. Imperterritu animo esse studeto. In hoc enim
animus timidus a fortis distat, quod ille colu conspecta
fugit, hic ne gladio quidem districto viso expavescit.

E o

Animus

20
*Animus effeminatus ad strepitum folij, quod dicitur, cohorrescit,
& pisorum crepitaciones. Erasmus.*

QUI NON SINT ADMIT- TENDI ET SUSTENTANDI A Principibus viris.

I.

MOriones consilij dandi non debent esse capaces. Qui enim sponte sua stultos sese fecerunt, eos tanquam cordatos tractare stultissimum fuerit.

2. Nihil vanius, si scurræ ministrent principibus : Infortunati enim isti tantum ut laborem fugerent, artificium amplexi sunt tam ignominiosum.

3. Pudendum & probrosum videntur virum aliquem generosum in animū inducere, ut scurram aliquem pro amico familiari habeat. Ejusmodi enim homines inter veros amicos numerari non debent nec possunt. Non enim ob dignitatem, & virtutem, sed ob fortunas, nos amant.

Theseus inter secunda, Protheus inter adversa.

4. Iniquum est cibum Parasitis tanquam egenis dare : hujusmodi enim homines non premuntur paupertate, sed abundant stultitiâ.

5. Cum ergo parasiti & histriones, ut inter amicos numerentur, infames ; ut pro ministris habeantur, inhabiles ; ut consulantur, imprudentes sint : Opes suas istiusmodi hominibus levissimis impendere mihi non videtur operæ precium.

Cum

41

6. Cum autem intentiones rerum gerendarum
foli D E O manifestæ, & hominibus absconditæ sint,
nihil est, quo boni instituta sua, vel bona vel mala esse
magis approbent & patefaciant quam in verbis quæ
loquuntur, & in sociis, quos sibi adjungunt.



F 3 IN

42
III.

INSTITUTIO CHRISTIANI HOMI- NIS APHORISTICA.

I.

Exactà in hilaritate & remissione ludorum puerilium, filium parens, annum agentem ætatis septimum, ad capessendas literas præceptoris, non leviter literis & artibus tincto, committat.

2. Et si bonum hunc habere cupiat ex se genitum, non ad luxum (ut vulgus parentum factitat hodie) sed ad modestiam educat, non blanditijs emolliat sed castigationibus cohibeat, p[re]c[er]e, religiosè, modestè insti-

(οὐτως , δι-
καιως , με-
τριως.)

tuat.
3. Plectat si deliquerit: laudet; si bene & optemperanter se gesserit, minis ac verberibus deterreat; exhortationibus ad virtutem accendat: magis de filij moribus, quam sanitate sit solicitus.

4. Præceptoribus committat enim humanis, gravibus, eruditis, non iracundis, non clamoris, non inertibus, non incompositis & male-moratis.

5. Ubi jam literas & latine loqui didicerit, ad ea studia conferat, quæ animum præceptis instruunt; In his philosophia est.

Hæc

6. Hæc sola ex bonâ meliorem naturam, ex mala eastigatiorem & correctiorem efficit.

7. Assuescat Christianus, & condiscat honorandum in primis D E U M, omnis boni fontem inexhaustum. Hoc enim est primum & maximum mandatū in lege. *Matt. 22.8.8.*

8. Discat rationi parere, eamq; ducem ac moderatricem sequi in omni vita, in omnibus dictis & factis.

9. Nihil nisi quod honestum, quod justum, appetat aut agat.

10. Cogitationes ipsas in gyrum rationis ducat, quarum etiam rationem est exacturus cordium scrutator D E U S.

De omni verbo ocioso olim reddenda erit ratio.

11. Statuat homo Christianus, D E O gratam esse iustitiam, & noctes diesq; cœli & terræ Dominum veneretur, laudes ejus prosequendo, & id perpetuò agendo, ut hunc sibi iustis operibus demereatur, nihil dubitans, quin ut potest, ita & gratificari velit.

12. Quid enim huic magis, quam beneficentia convenit? & quid alienum magis, quam *ἀχεισία?*

13. Reprehensione maximè digni sunt, qui in subditorum delictis & puerorum malitiâ iram cohident, aut semper ignoscunt.

14. Hac n. ratione vita illorum perditur per intempestivam illam lenitatem, & majora flagitia nutrit audacia juvenilis.

15. Rationarium sibi quisq; faciat eorum, quæ acceperint, quæ expenderit, quæ utiliter gesserit, quæ pravè admiserit.

16. Regulæ etiam quædam linguae imponendæ sunt,

sunt, ut prius verba intra os ad limam veniant, quam proferamus sermonem.

*Avaritia quedam est omnia loqui & nihil audire. Philemon.
Loquacitas impudentie argumentum, Bernhardus.*

17. Ita compescenda mens est, ne quid noxiū exeat ac pestilens.

18. Et si quid fortè illatum foris, id statim abjiciendum est, ne noceat.

19. Si quid intus natum fuerit, id studio & pijs meditationibus effugiendum.

20. Ut qui in longinquam regionem profecti, priusquam domum redeant, itineri necessaria parant, ne fame pereant: ita & nobis in hujus vita cōdūcia faciendum.

21. Reponenda sunt pietatis, justitiae, humilitatis, continentiae & ceterarum virtutum viatica, ut quo-cunq; tempore, quo-cunq; die, quo-cunq; nos horā Deus avocaverit, quod ad patriam cœlestem ducit iter ingredi, paratos inveniat, sicut monet nos Matthæus Evangelista cap. 25.

22. Si virtutem exercueris, laus manebit te, & illius remuneratorem certissimum habebis DEU M. Matth. 5. Sic luceant opera vestra, &c.

23. Stude modis omnibus, ne cuiquam sis offendiculo adductus Pauli exemplo, dicentis: Si cibus offendit fratrem meum, nūquam in æternum carnem comedam.

24. Nemo debet seipso contentus esse: Vult enim DEUS ut & alios ædificemus, non doctrinā tantum, sed & vitā & moribus & conuersatione: homines manifestū exempla, quam verba, non tam observant, quæ dicimus, quam quæ facimus.

Non

49

25. Non tam profunt bene dicta in suggestu, in scholis, in concionibus, quam nocent ea, quæ male facimus. Factis verba qui firmaverit, hic dignus habebitur, ut præsideat alijs. Beatus, qui fecerit & docuerit. Matth. 5.

26. Si nos verè humiliaverimus, nunquam irâ commoverebimur, nunquam proximo succensebimus, nullius famæ obrectabimus.

Seneca.

Si imbellis es, qui te last, parce illi: si potentior tibi.

27. Beati qui se sic habent, soli in portu nāvigatorib; ab omni tempestate liberi, ab omni perturbatione securi: soli, affectionibus sōpitis, multa requie fruuntur. Id quod Christus ipse futurum prædicti: A me discite, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.

28. In precibus ad DEU M funderis esto ferventer, addivina audienda eloquia & sacras conciones alacriorem te præbeto.

29. Inimicum habes? da operam, ut reconcilieris illi.

Diogenes percontanti cuidam, quomodo hostem ulisci debet, respondit, ἀντὸς καλὸς καὶ αὐτὸς γενόισθαι. Magna enim virtus est, secundum Hugonem, teste Ludovico Granatenfi de societate Jesu, si non ledas, à quo lesus es; Magna est fortitudo, si etiam lesus, remittas; Magna est gloria, si, cui nocere possis, parcas.

Et Cat o Romanus:

*Quæ superare potes, interdum vincere ferendo,
Maxima nam morum semper PATIENTIA virtus.*

30. Omne odium, vindictæ cupiditatem omnem, fac ex animo amoveas tuo: mansuetudinem & lenitatem amplectere Matth. 11.

G

Prof.



31. Prospera vis uti valetudine? sumptuosas men-
tas, immodicam ingluviem fuge. Hinc namq; poda-
gra, capitis dolor, humorum abundantia pessimorum.

32. Innumera morborum genera parit intempe-
rantia, & vini largior ingurgitatio.

33. Si admisiisti aliquid parum-congruens pro-
fessioni tuæ, ad confessionem peccatorum festina, Da-
te medico inspiciendum, qui animæ tuæ curet & sanet
ulcera, neq; exprobret.

34. Accipe hic remedia. Soli $\kappa\alpha\delta\iota\delta\iota\gamma\omega\beta\sigma\tau\gamma$ loquere.
Dicito quid peccaveris. Confessio enim eorum, qui-
bus graviter D E U M multis offendimus, abolet et
iam delicta.

35. Prophetam regium audi loquentem: Dic tu
prior iniquitates tuas, ut justificeris. Psal. 5.

36. Levis est ac facilis animi cura. Nihil enim, ut
hic valeat insumimus, neclaboramus.

37. Contrà, si corpus ægrotet, quid non impendi-
mus, nunc in medicos, nunc in res alias? Ut de his ni-
hil dicam, quæ præter usum necessarium luxu absumi-
mus.

38. His non indiget anima, cui scripturarum le-
ctio pro cibo est; vestitus, eleemosyna, & in pauperes
largitas. Matth. 6.

39. Ornatus verò mentis, præter eum quem cor-
pori apponere solemus, assidue sunt preces, confessio
peccatorum & lachrymæ.

40. Manè vestiti faciem abluimus, ne quid sordi-
dum adhæreat. Quantò majore est cura ablendum
animus, ut hunc amabilem & formosum offeramus
Domino?

Non

41. Non qui os, nares, aures, genas, & cetera membra ostendit, homo dicendus: Sed qui virtuti deditus vita fugit, illicitis imperat, & Domini obtemperat mandatis.

42. Privant hominis appellatione peccatorem sanctæ literæ, quo quid miserabilius, nunc enim terra, quod terrenis cogitationibus pareat: Nunc ob facilitatem equis nunc ob mentis dolum, & malitiam progenies viperarum dicitur. *Matth. 25.*

43. DEO nihil acceptius esse potest, quam si gratias egeris quotidie pro tot beneficijs, quæ illius benignitas suppeditat humanis usibus. Apostoli enim vox: *Gratias agite.*

44. Non sunt tibi communia tantum, quæ omnibus contulit hominibus. sed privata etiam cogitanda beneficia, proq; his agendæ gratiæ.

45. Memoria enim beneficiorum Christi, optima est ad bene vivendum magistra.

46. Hæc enim sola nos in torpore incidere, aut malum secessari non patitur.

47. Hac item ratione à brutis homo maximè differt, ut omnium conditorem Dominum laudet, celebret, glorificet.

48. Maxima sunt ea, quæ in nos jam contulit. Corpus enim & animam dedit, oves & boves, universa pecora campi nobis produxit, *secundum Psalmistam.* *Psal. 8.*

49. Prophetas misit, qui nos instituerent, & pravitatem humanam corrigerent.

50. Postremò, crescente in malum vehementius omni genere mortalium, diffusis undiq; sceleribus, & quod nequius est omnium, cultibus idolorum; misera-

G z ratus

ratus genus humanum, in terras misit unigenitum
Filiū suū, ut carnem indueret, hominibus appa-
ret, & nos peccatores sanaret.

51. Hæc tanta D E I in nos beneficia dies noctesq;
cogitemus, ut assidua meditatione ad agendas gratias
mens compellatur.

52. Sensus humanos excoecat ebrietas, mentem
submergit: & hoc animal, cui subjicit omnia D E U S,
velut mortuum jacere compellit.

*Effecta Ebrietatis graphicè in vnum fasciculum colligit Plinius lib. 7. Pallor & gene pendula, oculorum ulceræ, tre-
mula manus, furiales somni, inquietæ nocturnæ, premi-
umq; summum ebrietatis, libido portentosa &c. Et Horat.
Vide Dial. TREUTLERI p. 12.*

53. Ridetur ab omnibus ebrius, dígito monstrat
tota vicinia. Amici, dedecus hoc suum existimantes,
subducunt sese.

54. Gaudent, irrident, execrantur qui male vo-
lunt; pecudem porcum vocantes, si in obvios fecerit
impetum, vestem ruperit, obscœni quippiam dixe-
rit, plura pete ex Horatio, & Methodicæ Ethicorum
*V VENDELIANORU M nuper à illâ & plane mustæ Syllöge, pro
PRINCIPIBUS ANHALDINIS IUNIORIBUS
concinnata, cap. 16. Sub titulo de Sobrietate.*

55. Nec prætereunda etiam hic, sumtuosa illa
ædium splendidarum in hac præsertim rerum omni-
um fatali conversione extructio, in hunc saltem finem
instituta, ut pecuniarum profusio fiat.

*Aedificandi omnis ratio à necessitate primùm orta est, quam
post aliud commoditas & honestavit usus.*

*Ultimum fuit, ut voluptati quoq; non nihil indulgeretur:
Mibi struxerunt ali; grandevus ego posteris: Henricus
Strömer, D. Auerbachius, ut videre est Lipsiae in Auer-
bachs hofe.*

Vetus

56. Verum sorices isti suo se indicio prudentes,
ut culpâ, si non omni, saltem aliquâ se liberent, hoc
prætexunt, ut nominis aliquam sui memoriam ad po- *Stultitiae*
stros transmittant, & à prætereuntibus dicatur: *Hanc patiuntur et*
ille domum extruxit. Hæc tam splendida domus illius pes.
impenfis est exædificata.

57. O stultitiam! o curas hominum! quantum est
in rebus inane, quantisq; periclis degitur hoc xvi
quodcunq; est; ut cum Persio loquamur,

58. Hoc enim consilio, hoc proposito, ædifican-
tes non laudem(ut ipsi somniant) sed crimen sibi pari-
unt,

59. Hæc enim, & illis adhuc viventibus, & jam
mortuis, audiuntur: *Hanc domum has ædes, hanc ar-*
cem, hoc fortalicium avarus ille, rapax, & exactor
tributorum sive æruscator extruendam curavit.

60. Memoriam hoc pacto liet assequantur isti,
an non perpetui obijciunt se criminibus?

61. Si nomini suo consulere volunt, & æternita-
tem ambiunt, viam ego istis aliam monstravero, qua
celebrentur & encomijs evchantur quotidiè.

62. Si pecuniam extruendis villis, porticibus,
ambulacris, stratis viarum & ptochocomijs sive va-
letudinarijs paratam, in eos erogare studuerint, qui
verè pauperes sunt.

63. Hac benignitate, hac misericordia & nomen
immortale sibi paraverint; multam sibi apud DEUM
conciliaverint fiduciam, habitâ etiam ratione ædifi-
ciorum factorum in templis & scholis.

64. Tu, qui Christum sectaris, primatum noli con-
cupiscere, memor axiomatis Paulini: *Honore alius ali-*

G 3 um pra-

um præcedentes, date operam, ut in omnibus humiliemini. Qui sic agit, primatum habet: Christi enim vox est: Qui se ipsum humiliat, exaltabitur.

Sublimatus à DEO est; Non ergo captandus sine inde corrugatis & emendatis quasi humanis suffragis. Irrecuperabilium felix oblitio rerum. Ferdinandus Imp.

65. Humilem nunquam dixerim, qui natu majoribus, vel etiam æqualibus honorem non exhibuerit: hoc enim decet. Vera est & absoluta humilitas ac modestia, si cedas his, qui te videantur majores.

66. Verè sapit, qui se putat minimum, & omnium esse postremum. Sola enim hac viâ & ratione utilitatem nobis attulerint, quæ fecerimus bona opera, sicut eruditè VICTORINUS STRIGELIUS monet in suis Hypomnematis Ethicis, cui suffragatur in loco de Humilitate cap. 24. lib. 1. Ethicorum, vir-jovenis inter præstantes præstantissimus, & inter doctos doctissimus, ille VVENDELINUS Palatinus, non ita pridem ab illustrissimis principibus Anhaldisnis constitutus Gymnasij Serbestani Rector, & Professor Publicus, amicus noster honorandus.

67. Vis digna cœlo operari? ne species ea, quæ sunt mundi hujus, vitæ hujus gloriam vanam ne quæras.

68. Vides alios in vestium luxu occupatos? Tu animæ curam agito, vt hanc virtutibus ornes.

Churf. Sächsische Kleiders
ordnung.

Legum vestiariorum babenda ratio; secundum quarum prescriptum serenissimus ELECTOR SAXONIAE, majorum vestigiis insiens, subditos suos conformiter degere super-admodum publicitüs mandavit, sedixit; in Transgressores etiam severissimam animadversionem usurpaturus.

Prov. Duro nodo durus querendus cuneus,

Deli-

69. Delicias rideto: gulam fugito. Non prandia cœnas & convivia, sed frugalitatem sectare. De hac pluribus agitur cap. 15. lib. i. de Temperantia in Et hicis modò adductis, quæ ut nocturna versent manu, versent diurna studiosi adolescentes, suadeo.

70. Ex superfluis enim quid utilitatis? quid commodi?

71. Commodum autem judicas fortasse multum vorare, vinum bibere, ac ventrem distendere, tales sunt Epicuri de grege porci, & Ulyssis socij.

72. Dici non potest quantum hinc malorum & corpori & animo ex immodica etiam potatione accedat.

73. Morbi hinc & membra distorta, gravedo capitis, scotomia, rubedo & gramia oculorum, $\alpha\mu\lambda\nu\omega\psi\alpha$ sive caligo, stomachi ardor, cruditates in ventriculo faburratae: hinc adulteria, stupra, rapinæ, cædes, latrocinia, & verborum commutationes b per jugulum reddituræ.

a. Hordeolum sive Galazium in superficie oculi, Ein Gerstenauge à formâ scilicet.

b. nescit enim vox missa remcare, & semel emissum volat irre revocabile verbum.

74. Domi habes repositam auri vim ingentem? distribue pauperi: serico indutus procedis in publicum? digitos habes auro revinctos? parte hujus pauperes quòd ali potuerunt?

75. In summa fieri non potest, monente salutis nostræ autore & assertore unico Christo. Matth. 6. ut quis & animæ curam agat, & tanti faciat voluptates & corporis ornatum; quid enim hoc aliud est, quam duobus servire dominis? Ibi

76. Ibi divitiae, ibi magnae sunt facultates; ubi concordia est viri & uxoris.

77. Tales enim, licet non sint in re usq; adeo lauta & austera, omnium tamen beatissimi censendi: soli enim veram percipiunt voluptatem, soli in maxima vivunt animorum tranquillitate.

78. Sublato igitur concordia bono etiam si Croesi possideant opes, miserrimi sunt omnium mortalium. Novi hic quotidiè tumultus, jurgia, suspiciones, domestica & interna bella, multa amaritudo, nulla voluptas.

NICOLAUS REUSSNERIUS.

*Plus virtus unita valet, vis nescia vinci,
Si mens UNA, fides UNA sit, UNA manus.*

79. Proinde, qui matrimonij vinculo juncti sunt, concordia, bonorum omnium radice, nihil potius ducant, nihil carius & antiquius habeant; omnia sic agentes, ut pax & tranquillitas sit in unâ domo, sub eodem quoq; lecto quietem capientibus.

80. Hanc pacem comitabitur id bonum, ut filii ex eo matrimonio nascantur boni & φιλάρχου.

81. Ministri etiam adeoq; tota familia religionem, pietatem & modestiam herilem imitari studebit. Ita fiet, ut per duorum concordiam, multiplex affluat undiq; rerum prosperitas; quid enim non succedat divinis posthabenti humana?

82. Si abjectus quispiam & vilis, & paupertate adit, stipem possens, hospitium rogans, admitte, & illi pro tenuitate tuâ cibum appone. Hospitalitas hæc & negotiatio erit tibi lucrosa.

Si

53

83. Sitam dives non es, ut possis, aut etiam nolis,
ne durè compelles petentem. Non enim cogit, non
vim facit aliquam: sed orat, supplicat, obsecrat.

84. Habes unde subvenias indigenti, neq; subve-
nis, neq; largiris quicquam, apud judicem D E U M
quid dices? quo te pacto defendes?

85. Lautè vesceris & plusquam usus requirit insu-
mis quotidie? quantum hic damni facis, quantum
elabi sis & excidere è manibus lucri? aurum arcis
inclusum rubigine absunitur, furibus auferendum se-
ponitur, & proximus tuus fame perit?

86. Opibus abundas, & his solus uteris, imò ne u-
teris quidem, nec indigentí communicas, & gehen-
nax ignem te putas aufigiturum?

Beneficentie laus omnis in actione consistit.

87. Proximus tuus, frater tuus eluriens obambu-
lat, & tu in delitijs agis? non subvenis, quanquam
non multum petenti, nempe panis frustrum, quo fa-
mem sublevet? sub dio sedens hic frigore perit: tu
holosericò indutus, clamantē, nummulum petentem,
immisericorditer præteris.

88. Hominis Christiani hoc unum sit studium,
huc omnes ejus specent conatus, ut, bene vivendo,
rectè agendo, memoriam sui relinquat, non ad ina-
nem gloriam, sed ut tanquam monumentum vir-
tutum habeant posteri, in quod assidue intueantur.

*Grexi gloriam in linguis: Romani in lancis: Sols Germani
in actionibus virtutis statuant. Guevara Horolog. p. 132.
Uncia actio honesta omnibus Romanorum pilis (hastilia sunt).
omnibusq; Græcorum arguitis potior est.*

89. Animo varij sunt attributi affectus, queis
constat vitæ ratio. Libido gignendæ prolis gratiâ
data est. Ad cohibenda delicta Ira subservit.

H

Verum

90. Verum (proh dolor!) quam multos videas,
qui fines bonorum transilientes, libidine utuntur ad
comprimendas virgines, ad nefandos coitus capi-
tali poena interdictos? ita utuntur, ut noceantijs, quos
odio habent,

91. Multos ætatis progressu resipiscere videmus
quotidiè, ut ex peccatoribus justi, ex malis boni, ex
improbis continentes fiant; nulla enim sera est ad
bonos mores via, *autore Seneca.*

*Nulla paenitentia est sera, modo sit seria. Sed sera raro est
vera, ὡς Ἰητὶ τὸ πολὺ.*

92. Numen divinum, sceleribus nostris iratum,
placat morum emendatio, non thura, non hostiae,
non preciosa munera, quæ omnia corruptioni sub-
jacent.

93. Facere vis mortalem DEI iram? malefacere
desinato. DEUS enim ideò in præsenti vita quæ mala
fecimus non punit, ut resipisciendi facultatem habe-
amus.

94. Amemus DEUM ut patrem; veneremur ut
Dominum; honoremus ut beneficium; metuamus ut
severum.

95. Pij esse non possumus, si animarum parentem
DEUM non diligamus.

96. Nec sine periculo contemnitur, cui, ut rerum
conditori ac Domino, in omnes homines vera est ac
æterna potestas.

97. Pater est; ut qui ortum nobis ad lucem, qua
fruimur, subministraverit.

98. DEUS est; cuius benignitas nihil non suppe-
ditat usibus nostris.

Hic

78

99. Hic solus alit, sustentat solus. Hujus donum
inhabitamus, hujus nos sumus familia.

100. Doctus es? vitam negligis? Quid tibi doctrina
prodest? vitae curam geris, in fide claudicas.

101. Cujusq; officium est, proximum errantem,
a peccato ad virtutem, velut manu ducere.

102. DEUS ipse hac causâ nostram carnem indu-
tus, mundum ingressus est. Multa tulit fecitq; puer,
sudavit & alit, mortem deniq; subiit, ut humanum
genus peccatis obnoxium redimeret. Cujus nos ex-
emplo adesse proximo debemus, agnoscentes hunc
ut membrum nostrum.

103. Annon quæso ex diaboli fauibus eripitur
frater, qui sana cujuspam doctrina in viam virtutis
reducitur, & facit recta?

104. Qui dives, ipse pecuniam suppeditat indi-
genti, largiter erogat in pauperes.

105. Majus tamen est illius opus, qui monendo
affiduè & docendo segnes ac vitirosos in viam rectam
inducit.

106. Quo tempore olim sitis habendi, cum avaritia
nondum sic invaluerat: si cui honeste-nato-adolescen-
ti uxor quærebatur, non de multa substantia, divitijs,
agri jugeribus, formæ elegantiâ, quæstio erat; sed
quâm esset proba & moderata puella, quæ adolescen-
ti nuberet ejusmodi.

107. Sed nunc hoc tantum quæritur, quâm dives
sit, quantaq; expectanda hæreditas? juxta illud Sa-
tyrici *a*. protinus ad censum, de moribus ultima
fiet quæstio: & alius quidam Poëta *b*: In precio preci-
um nunc est, dat census honores: Census amicitias,
pauper ubiq; jacet.

a. Iuvenalis.

b. Ovidius lib. i. Fastor.

c. Dant censū honores dixit, BALDUS f. C.

108. Imò de probitate plerumq; nulla quæstio' esse solet. Placet superba , placet improba , placet lasciviens capella , modò dives sit , modò pecuniam habeat , agri jugera possideat multa.

109. Hominem ideò D E U S fati diem sui ignorare & nescire voluit , ut assiduò virtutum studio & vigilantiā præpararetur , sicut ipse inquit : Vigilate , quia nescitis diem neq; horam.

110. Jussit ille vigilare , & dormierunt nihilominus exemplo Petri in passione Dominica. Dormiunt igitur in virtutibus , vigilant in vitiis . Quod genus hoc hominum ?

111. Quām multos passim videoas in malis nimium strenuos , in bono segnes ? moriuntur , abeunt , decadunt quotidiè multi , tam juvenes , quām senes , neq; parcit ulli Libilitina : tamen nec sic quidem ad virtutis studium adducimur , neq; nos ita paramus , ut præsentibus posthabitis , futura desideremus.

112. Parentes , filios vestros continentiam docete . Malè enim agendi consuetudo , ubi temporis progressu vires cœperit , ac invaluerit , nulla vincitur admonitione.

113. Tum quasi in captivitatem abducta juventus , quoq; malignus vocārit spiritus , ire solet.

114. Venientibus semper malis occurrere est optimum. Serò enim medicina paratur , secundūm Nasonem , cùm mala per longas invaluerent moras.

Dives

115. Dives avare, Euclio & cumini sectator, ut quamplurimum relinquas, perfas & nefas corradis undiquaq;. Agros emis, ædificas, diruis, mutas quadra-ta, rotundis: secundum Horatium.

κυμισοπέτης Theocrit. & Athenaeus.

116. Utq; hæc diutius facias, ab aliis rapis, alios fraudibus circumvenis, alijs negocium facebis. Et si quis roget, cur hæc facias, cur quærendæ pecunia post omnia ponas, filios prætexis.

117. O cœcitatem! ô infaniam! non vides, non sentis, hac liberis tuis male vivendi materiam & occasionem relinquisti.

118. Siper se ipsa hæc ætas ad libidinem, ad luxum, cæteraque virtus proclivis est; quanto magis accedente jam rerum omnium affluentia ad malum procurret.

119. Nunquamne vidisti ignem, simulac fomitem invenerit, flammis exurgere validioribus? ita & juvenilis totus accenditur ad peccandum animus, per irritamenta malorum, divitias.

120. DEO solus dives, qui virtute præditus est. Hinc vis esse egregius? bonitatem & innocentiam præsta. Vis esse clarissimus? opera misericordia lar-giter facito. Vis esse perfectissimus? Omnes virtutis gradus impleas.

121. Si oculis, capiti, pedibus, lateri, reliquis omnibus membris bene est, vulgus imperitum, cum Horatio, te sanum judicat.

122. Philosophus nihil minus; si irâ exasperaris, superbiâ tumes, libidini servis cupiditatibus inardescis, avaritiâ prosterneris. Ita sanum te dixerit ille, si non

attollas ad alienam felicitatem oculos: Invidus ~~a~~ enim
alterius rebus marcescit optimis.

a. Horatius.

123. Conserva domum tuam immaculatam, omni
labe pectus evacula, ut templum & hospicium DEI
esse possit, quod nec auri nec eboris nitore, sed fidei
& castitatis fulgore illustratur.

*Cesaris domus non solum criminis, sed omnis etiam crimi-
nis suspicione vacare debet. Suetonius.*

124. Sed audio quid dicas; difficile hoc esse homi-
ni, ut quisquam sine macula vivat.

125. Suadeo igitur, ut ad poenitentiam confugias;
hæc est sui correctio, ut, cum forte aut re aut verbo
lapsus fueris, statim resipiscas, & te deliquisse fatearis,
oresq; à DEO veniam, qui pro ineffabili sua miseri-
cordia non negabit, nisi tu in errore perseveraveris.

126. Magnum est poenitentiæ auxilium, magnum
solatium. Hæc a vulnera, hæc peccata nostra sanat,
hanc spem, hanc portum salutis habemus.

a Chrysostomus.

127. In ejus pectore pietas habitat, qui bella ne-
scit, qui cum proximo concordiam omni studio ser-
vat, qui amicus est etiam inimicis, qui omnes homi-
nes tanquam fratres diligit, qui cohibet iram, o-
mnemq; animi furorē tranquillā moderatione lenit.

*Auxilia humilia firma consensus facit. Publius. Συμφερη
ἀρετὴ ἀνδρῶν. Proverb. Homeric.*

Nicol. Reusnerus.

*Si COR & OS; si MENS & VOX; si ORATIO concors;
Et RATIO est; Hac quid suavius harmonia?*

Herz ohn scherz.

Mund mit gründt.

128. *Quis non eos vehementer damnet, qui patri-
moniam*

monia in res supervacuas prodigentes, marmorea sibi statuant sepulchra?

129. Mihi certe videntur isti bona sua in terram sepelire. Neq; opera ejusmodi memoriam aliquam aut æternitatem nominis, quæ fortasse quæritur, conferunt.

130. Nam aut unius dissipare motus terræ, aut fortuitum hæc potest consumere incendium, aut hostilis aliquis impetus diruere.

131. At si nihil horum eveniat, certe conficiet & consumet vetustas: Meritò igitur quis eos non reprehenderit, quibus talia sunt curæ?

132. Nec dicas miserum, qui in terra aliena, in solitudine, in loco obscuro, neq; in lecto decesserit, sed qui in peccatis mortuus est.

133. Ridicula sunt & illa: Morienti neq; cognatus, neq; affinis, neq; amicus, nec parochus adfuit: tum omni sepulturæ ac funeris honore, lamentis etiam & laudatione demagogica caruit. Nihil hinc damni ille accepit. Multorum quoq; Prophetarum & Apostolorum sepulchra in terris ignorantur.

*Summum hominis bonum bonus ex hac vita exitus. FRID.
PULCHER Imp.*

*Mors λοιδός οἰαὶ γέρεων. Sophocles. Ita misericordia nobis
mors sine morte est, teste Gregorio M.*

134. Dole, ingemisce, illacrama, si, nondum latus, ab iniuitate sua decesserit amicus. Est enim mors peccatorum pessima: gaude, si purus ab omni crimen & mundus mundum reliquerit.

135. Preciosa sanè in conspectu Domini, secundum Psalmographum, mors sanctorum ejus. Transseunt:

seunt enim in vitam meliorem, accepturi laborum suorum præmia.

Ps. 119. Mors janua vita est immortalis.

Bernhardus.

Bona iusti & pii mors est propter requiem; Melior propter munerationem; Optima propter securitatem, vel potius salutem eternam.

Idem Paulus post.

Pretiosissima planè mors sanctorum, tanquam finis laborum; tanquam reductrix consummatorum; tanquam vita janua & perfectæ securitatis ingressus, seu, ut bona sit mors, vita bona opus est.

136. Episcopi & sacerdotes divinis operantes, præbendas, agros, pascua, villas, possidentes, non si bi relicta hæc à prædecessoribus existiment, ut serviant voluptatibus; sed ut miserorum necessitati subveniant, meditationibus sacris; (non quemadmodum pagani illi circulatores, γλωσσαζομένοις, discursatione frequentissima, professionem, cumulandarum opum gratiâ, contemtibilem reddente) sint addictissimi.

137. Hoc in genere multum probandi sunt, qui pecuniâ & opibus suis adolescentes, quorum res domi angustior, & in quibus vis ingenij & indoles aliqua ad virtutem elucet, bonis artibus instituendos curant.

138. Illud etiam Liberalitatis genus D E O maximè, acceptum, ut inopes, & omni ope humana destitutæ viduae sustententur. Ut in Electoratu Saxonico Divus ille AUGUSTUS ἐπίπολος, Imperij Ensisfer, successoribus suis exemplum benignitatis munificæ reliquitnunquam intermoriturum.

139. Evidem nescio quales sint illi Episcopi & aristites, qui tot possessionum se Dominos, non dispensatores

pensatores esse putantes, omni posthabitâ egentium & bonorum curâ ingeniorum, congestâ ex agris nemorumq; proventibus annuis pecunia, auream argenteamq; supellestilem comparat, phaleratos equos, canes venaticos, ab extremis etiam terris, magno ære conquisitos, & greges domi pessimorum alunt assentatorum.

140. Si vera loqui permisum: his moribus factum est, ut vulgus hoc tempore non solum eos, virtûm & alios sacris initiatos viros odio persequatur plusquam Vatiniano.

141. Vis antiquorum imitari modestiam patrum? ne extollaris, ne sublatius dete sentias, ne superciliosè *Juvenalia.* cristas erigas: sed modestiâ animi cede alijs, ne his aduersare, qui injuriam fecerint.

142. Contumeliâ affectus, ipse ne sis ferox, et iam si & contemtior ille, qui malè fecerit, & dixerit, Mansuetudo enim & lenitas furorem comprimunt.

143. His virtutibus id assequeris, ut, ab omni liberatus amaritudine, multâ fruaris quiete.

144. In omnibus quæ dicis a ut facis, animum oportet habeas à perturbatione liberum, non libidine aut metu aliquo commotum, ne quid in sermone cupiditatis, aut pigritiæ, aut ignaviæ appareat.

145. Ludo quoq; ac joco sic utere, ut omnis absit petulantia & verborum obscenitas.

146. Præceptis parendum est, quibus jubemur, ut nequid turpibus delectemur, neq; gaudeamus scurriliter dictis.

147. Damnatur & Veneris usus omnis extra coniugium, extra Viri & uxoris conjunctionem.

Ut de vitio quoq; palati aliquid dicāmus, prohiben-
tur & commissationes, & portentosa illa convivia in-
ter Germanos agitari solita. De quibus masculè GO-
CLENIUS SENIOR ille planè noster nuper - admo-
dum egit. nosq; ipsi in opusculo de verà convivandi
ratione ad NICOLAUM A BURGHAUSEN , Cæs.
consil. pluribus pertractavimus.

149. Tantum nummorum in prändijs lautisq;
cœnis profunditur quotidie . tantum in vestibus &
rebus ociosis insumitur, nullà planè habitâ ratione
proximi & Censu!

150. Interim frater mendicus , qui ob ætatem
inclinatam & devexam, vel adversam etiam valetudi-
nem, labore manuum victum sibi quærere non po-
test, à teneglitur.

151. Sed tu, qui precibus hujus & lacrumis non
moveris, non flecteris ; quid DEO Judici summo in
novissimo illo die dicturus es ? quâve ratione te culpâ
liberabis ?

152. Vis boni quippiam operis aggredi ? vide ne
facias quicquam in hominum gratiam , sedut te lau-
det oculus ille , qui nunquam dormitat.

ἀνθίμητος οὐ φθαλατος, secundum Basiliū.

153. Si enim ab hominibus laudari studes , indi-
num te reddis , qui à Domino lauderis.

154. Utrumq; nocet , perniciosum est utrumq;;
in opere bono si quis humanam spectet gloriam , &
elato sit animo.

Animus in humano corpore hostes Deus est illius. Seneca.
Igitur supercilium depone, disce timere, siquidem, secundum
PRUDENTIUM,

Ma-

*Magna cadunt, inflat a crepant, tumefacta premuntur,
Quae solet a tergo ulti adesse Deus.*

155. Quid aliud, quæso, quām miserabilem hunc
& miserum verē dixeris? hæc una pernicioſiſſima affe-
ctio deteriorem fecit Pharisæum Publicano.

*Affectatio
ambitiosa*

156. Quicquid igitur feceris operum bonorum,
Semper illud Christi ad discipulos in ore habeto: quan-
do omnia feceritis, dicite: servi inutiles sumus.

157. Quousq; ita insanis in congerendis opibus?
quis te furor? quæ te rabies agitat, ut nunquam satis-
ris instar ebriorum?

158. Nam ut illi, quò plus biberint, quò largius
vino se ingurgitaverint, hoc sitiunt magis: ita nimirū
& tu avaritiae ſubiectus tyrannidi nullum facis cupien-
di modum.

*Partibi quò magis biberint, eo magis sitiunt. Adag. Et.
Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.*

159. Crescit amor nummi, ſecundūm Poëtam Ve-
nusinum, quantum ipsa pecunia crescit. Et, quò plus
ſunt potæ ſecundūm alium, plus sitiuntur, aquæ. Quò
plus affluit opum, hoc magis apud te invaleſcit haben-
di cupiditas.

160. Quid utilitatis hinc accipis, rogo, ſi totum
mundum lucreris, animæ verò tuæ detrimentum pa-
tiaris? quam interim avaritia expugnat, excoriat lu-
xuria, confundit iracundia.

161. Nihil aliud à nobis peccatoribus requirit
DEUS, quām ut à peccato quiescamus. Pro præteri-
to rationem non exigit, ſi nos videat resipientes.

162. Hic enim est qui quotidie nobis inclamat:
Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.

163. Hic est ille, qui dicit: Adhuc te loquente dicam, Ecce ad sum. Non sic ipsi sumus nostrae avidi salutis, ut ipse, qui vult omnes homines salvos fieri.

164. DEUS enim multò avidior est ad dandum; quam nos ad accipiendum, sicut IOHANNES TAVLERVS olim Argentinæ docens circa annum Christi 1380. pie & Christianè prodicet, & frequēti allegatione Dn. PETRVS SCHVMANNVS, Ecclesia Dessaēnsis Archidiaconus, concionibus suis naū & Ch̄mias inculcare solet.

165. Unum requirit, ut peccata nostra confiteamur, confessiā male factis desistamus.

166. Illud quoq; meminerimus, in templo Dei vanis colloquiis, nugationibus, jocis & risu abstinentium, maximè cum Sacerdos divina peragit officia.

167. Qui ab iis non abstinent, offendunt gravius, quam quos Dominus flagello ejecit de templo.

168. Gravissime verò peccant, qui in domo DEI non aliter quam in prostibulo versantur.

169. Nolo dicere, quæ in sacris etiam locis patrare & admittere audeat hominum improbitas, caterva illa Esavitica, concinnando & conglutinando, lege divina prohibitas, incestas nuptias.

170. Luxuriari, fornicari non desinimus, aut aliud agere, quod legi DEI sit contrarium.

171. Deo supplicantes, in corde adversus proximum odii facibus ardemus.

172. A Deo amari volumus, & homini, quem Deus ad imaginem suam fecit, quem suo sanguine redemit, irascimur.

173. Omnis remittenda offensa est, placandus qui adver-

65

adversum te indignatur. Tunc demum & offeres ante
altare munus tuum.

Marth. 5. v. 24.

174. Non exandit nos DEUS, nisi charitatem o-
mni homini debitam in nobis viderit.

175. Ab eodem rejicitur & oratio, quæ non eò spe-
ctat, ut soli Deo placeamus.

176. Sive enim corporis valetudinem, sive alia vi-
tae necessaria petamus, semper in hunc finem intenti-
esse debemus, ut adepti ea expeditius Domino ser-
viamus.

177. Non sit longior somnus, quam natura postu-
lat: diutius enim dormiendo bene agendi tempus per-
ditur, & promptiores ad vitia reddimur.

178. Recte igitur monuit suos Cato in dieteriis:

Plus vigila semper, nec somno deditus esto.

Somnolenti enim à Luxuria & libidine vix absti-
nent.

179. Hominis vocabulo dignos judicaverit nemo,
qui cum horas plures dormiendo traduxerint, exper-
recti, nondum loti, nondum pexi, jentacula poscunt,
deinde prandia parari jubent, & priusquam bene he-
sternam edormiverint crapulam, novis ac recentibus
se ingurgitant, iterum & totam noctem & sequentis
diei meliorem partem somno daturi.

a Pergreari totam noctem. Plautus.

180. Vigilandum igitur, orandum, studendum, ja-
borandum, ne intremus in temptationem, ne nihil a-
gentes ad convivia & commissationes trahamur, &
ad alia quoq; vitia solicitemur.

181. Nulla autem re alia facilius, quam labore ob-
tinetur libidinis incitamenta.

Cedit amor rebus, res age, tutus eris, Ovid.

182. Genio indulgere, bacchanalia vivere, Curi-
os simulando, secundum Juvenalem, cuticulam cu-
rare, frontem exporrigere, omnibus est volupe.

183. Sed hæ teneantur in convictu honestat's regulæ,
prima, ut æstimentur convivæ ex fortuna, dignitate,
autoritate & virtutum laudabilium actionibus præclaris.

IOHANN. GUILIELMUS. STRACKIUS.

184. Secunda, ne inter pocula de rebus gravibus
disceptetur. Ideo *Socrates* in convivio quodam roga-
tus, ut aliquid in medium proferret, respondit: quæ
præsens locus & tempus exigit, ego non calleo: quæ
autem calleo, præsenti loco non sunt apta, nec tem-
pori, innuens, res arduas non convenire convivijs.

185. Tertia, inter convivandum non dicantur scom-
mata, quibus facilè hominibus moveri solet bilis, &
anagyris secundum *adagium Erasmianum*.

186. Quarta, in edendo & bibendo modus serve-
tur, ita ut sumatur cibus citra cruditatem, & potus ci-
tra ebrietatem, autore *MACROBIO lib. 7. Saturnal. cap. 1.*

187. Quinta, hæc præcepta septem Plauti in Co-
mœdia Militis gloriösi observet quisq;. 1. Sit cavillator
facetus. 2. Cōmodus conviva. 3. Non oblocutor alteri-
us. 4. Ab omni incommoditate abstineat. 5. loquatur
tum tempus est. 6. Taceat altero loquente. 7. Parum,
expuat, ne sit screator immodestus.

188. Et *Divus Augustinus* mensâ suâ prohibuit futilis
& rimarum plenos, nec non absentum famâ maledico
dente rodentes, quâ re in hac squalidâ mundi senectâ
nihil vulgatus, nihil magis tritum.

189. Et *Philippus Beroaldus Ciceronis interpres* narrat mo-
rem ruisse quorundam gentilium, convivis domum
intran-

infrāntibus ostendere limen, dicendo : extra illud nūhil, cave foras alijs dixeris.

191. Quare & nostro ævo hæc consuetudo inolevit, supra mensas rosas habere depictas, ut sub illis dicta inter pocula aliò non effutiantur.

192. Pro Corollario & hoc non erit à περιστρέψεω, nec extra oleas, quod proverbio fertur, hisce adjungere.

193. Vos qui in Ecclesia DEI ad populum declamatis, operam date, ut præceptis respondeant opera, ut vita cum doctrinâ consonet. Qui enim fecerit, & docuerit, is magnus vocabitur in regno cœlorum. Aliter autem dicere & aliter vivere est unâ manu scipsum condemnare.

194. Vis aliorum delicta efficaciter arguere? fac, in te non inveniant alii, quod redarguant. Turpe enim est doctori cùm culpa redarguit ipsum: quâ enim ratione peccata aliorum incusabunt, iisdem ipsi contaminatissimi; dum fulmina convenire in reprōbos jāctant, ipsi anathemate feriendi? dum accusat, ipsi accusandi. Sed de his uberior suo tempore & loco erit dicendi & scribendi ratio.

195. Humilitatem doces? ipse mitis esto: ad patientiam hortaris? ab iracundia recede. Stupra detestaris, & adulteria? Castitatem serva. Justitiam doces, & in vitia inveheris? nihil improbe ut agas, pervide.

196. Laudis quoq; humanae vitanda tibi captatio est, non jāctandum ingenium, non variarum rerum ostentanda cognitio. Laudet te os alienum. Laus enim omnis odiosa est, sui vero odiosissima, secundū Senecā,

197. De absentibus autem tacendum, aut amicè loquendum & civiliter. Magna enim pars simultatum inter homines oritur ex lingua intemperantia.

anō-

ἀκόλαστος γε λῶσα εἰσχίση νέος.

Melior est indiscreta prudentia, quam stulta loquacitas.
Gellius.

198. Bonum nomen si melius est quam divitiae
multæ, gravius peccat, qui famæ obtrectat aliorum,
quam qui bona diripit & innoxios exuit opibus. Diffi-
cile cave; Nam revocare grave.

199. Abominatio hominum est detractor. Jessæus
Propheta eos detestatur, cum ait: Detrahentem se-
creto proximo suo hunc persequeris.

200. Si quando in hujusmodi hominem incide-
ris, ne præsta aurem, os averte. Ubi sycophantijs suis
offendi te nugator animadverterit, pudore confusus
obmutescet.

Βερχεῖ λόγῳ παμπολλὰ περιπεῖται σοφός. Sophocles.

201. Et sicut ventus Aquilo dissipat pluvias (lo-
quamur cum Scriptura) sic facies tristis linguan de-
trahentem.

F I N I S.

Anno fatali imperiis

*trIstIs rerVM faCIES, IMperatore Inop-
nata sorte Denato.*

SEN

69

SENTENTIÆ

ETHICO-POLITICÆ IN
CLASSES XVI. REDACTÆ, ET EX

Italico latinè redditæ, quarum pleræq;

mappâ extant descriptæ Lipsiæ in Biblio-
theca Paulina, manuscriptorum
codicium varietate & elegantia ma-
ximè conspicuâ nec non
celebri.

a Super pondii loco, additis nonnullis alis ex Petrarcha,
Ariosto, Catharinô Dulci, Horatio, Tuscanella, Ange-
lo Monostio & Orlando Pescetto, quem literarum renâ-
scentium jubar, JANUS GRUTERIUS part. i. florile-
gij sui adducit.

Classis 1. Sententiosa.

I.

NIL amarius linguâ mellitâ verbis, reapse men-
daci.

2. Nil dulcius sermone acri, animum lán-
cinante.
3. Nil mortalius vitâ longâ, eaq; vitiosa.
4. Nil vitalius morte ad vitam perennem anhe-
lante.
5. Nil ditius paupertate justa fortiter tolerata.
6. Nil infelicius impia fortunæ insolentia.

K

7. Nil

7. Nil pauperius opulentia sua sorte non acquiescente.
8. Nil vilius dignitate viro indigno tributa.
9. Nil sublimius conditione humili, animo regio conveniente.
10. Nil tristius voluptate propudiosa.
11. Nil jucundius dolore, quo afficimur evitandi sceleris gratiâ.
12. Nil insipientius sapientia populari.
13. Nil fœdius facie formosa animi turpis ac dishonesti.
14. Nil oculatius animo cœco erga mundana.
15. Nil infelicius infelici, cui nihil unquam accidit adversi.
16. Nil liberius ac liberalius quam servire D E O & virtuti.
17. Nil servilis, quam dominari ad nutum pravorum cupiditatum.
18. Nil impotentius potentia cum vitio conjuncta.

CLASSIS II.

I.

- V**irtus adeò bona est, ut per eam mala etiam redditur bona.
2. Vitium adeò malum est, ut per illud etiam bona redditur mala.
 3. Virtutis lux obscura illustrat.
 4. Vitium adeò tenebricosum est, ut lucida obfuscet.

Virtus

71
5. Virtus est sanitas , à se omnes animorum ægreditudines repellens longissimè.

6. Vitium est morbus nocentissimus ex animo dispellens veram sanitatem.

7. Virtus ex pauperibus facit divites.

8. Vitium divites reddit egenos.

9. Virtutis expers homo sepulchrum est vivum. *Seneca*.

10. Vitium vivos reddit mortuos.

11. Virtus impotentes armat potentia.

12. Vitium potentes exarmat potentia.

13. Virtutis beneficio homo fortunam cenculcat,

14. Virtutis præmiū est recte factoru conscientia.

15. Virtutis munere vel ea agimus, quæ digna sunt scribi , vel ea scribimus , quæ digna sunt legi.

Plinius Secundus.

16. Virtutem colens colit DEUM.

17. Vitium colens aversatur DEUM.

18. Quò cultus pro virtute parando est laboriosior , eò fructus illius est uberior & suavior.

19. Virtutis labor citò desinit : laus autem & frustus illius perdurat.

Synesius & Isocrates.

20. Patrantis ob voluptatem scelus, voluptas citò evanescit: At sceleris virus ac stimuli semper manent.

Ex Musonio apud Gellium.

*Ex Musonio bardus ille ABRAHAMUS HOSMANNIUS
εἰσώργαγε πολύπουατος* *banc sententiam citat.*

21. Vitium manu unā pugionem ostentat , altera coronam : ut , si vincat , pugione te enecet : sin vincentur , corona te condecorat.

22. Dulcius est animo generoso à vitijs superari , quam vitioso in illa prolabi.

23. Cogita tecum homo, te nihil agere, quod non
pateat supremo illi actionum omnium judici.

Ex Prudentio.

24. Si ob hominum præsentiam veremur pecca-
re, quin multò magis ob DEI vindicis *πνεγσίας* cohore-
rescamus.

25. Viro probo nullum est splendidius theatrum
conscientia sua.

Nazianzenus.

26. Rectæ rationi qui obtemperat, regi legitimo
paret.

Ex Isocrate.

27. Innocentia est spei & senectutis nutrix, & dul-
ce vitæ solamen.

Ἐγέρτης ΦΩ.

28. Viro probo lex DEUS est, improbo libido.

29. Gloriosa victoria est voluptatum illecebras-
fugitare.

30. Infelix servitus est voluptatis imperio regi.

CLASSIS III.

I.

LAboremus omni ope, ut tales simus, quales vi-
deri discupimus.

2. Animi ornementum non est corporis
concinnitas, sed virtutis radiatio.

3. Virtus ea conditione virgo est, ut quò pluribus
sui copiam facit, eò magis sit pudica: Dum verò ab
alijs repudiatur, contaminata discedit.

4. Virtus in procelloso hujus vitæ mari est an-
cora,

cora, quam nullus nec agitat ventus, nec dimovet.

5. Nil præter virtutem sub sole & cœlo constans & firmum est.

6. Lucerna, dum circumferuntur extintæ, (quales sunt *άγρια* & inertes homines) neglectui habentur, tanquam *έλατα οὐδενίσθεντα*.

7. Homo virtutis expers statua est, extrinsecus quidem formosa, sed interno corde & spiritu destituta.

Ex Bachylide.

Corpus sine pectori. Martial.

8. Leges qui observat majorum, virtutem seminat.

9. Mandata DEI adducunt ad virtutem, à vitijs abducunt.

10. Non corpore valere delitosum est, sed animo potius.

11. Vera nobilitas & vitium se mutuò tollunt, nec in eadem sede morantur: Virtus quippe nobilitatis mater & nutrix est.

12. Virtus vera libertate nos donat, vitium in terrimam nos componit servitutem.

13. Interna vitorum monstra animi sagacitate domanda sunt.

14. Pervitia homo labitur in Non-esse. Malum enim est Non-ens. Si igitur optas esse aliquid, à vitiis defeste.

Thomas Aquino in Moralogio.

15. Vitia animum turbant, & γαλνίας ejus pervertunt: Siergo animi pace fruivis, ne gaudeas vitiis.

Tranquillitas maris.

16. Voluptas est vitiosæ actionis comes brevis & fallax: poena autem est longa satis.

17. *Vitia*

17. Vitia vitiant animos : comites quippe habent pœnitentiam , dolorem & desperationem.

18. Vitia sunt scopuli humanæ navigationis , in quos dum nostra impingit navis , frangitur & submergitur.

19. Ut nulla virtus præmij est , sic nullum vitium pœnæ.

20. Virtus purgat animos nostros , eosq; in sublimi evehit. Nunquam enim , secundum poëtam , stygias fertur ad undas inclyta virtus.

21. Virtus juncta internæ naturæ propensioni , vehementer fulget,

22. Virtus propensionem superans naturalem , quod est difficilior , eò admirabilior.

23. Virtutis duces sunt verum & bonum , quæ nec fallunt nec nocent unquam.

24. Via ad virtutem regia est , non popularis : sublimis , non depressa : recta , non obliqua : splendida non obscura : non præceps , ardua tamen.

25. Ad vitia facilis descensus averni.

Virgilius in literâ Pythag.

CLASSIS IV.

I.

Ratio præfit & voluntas obtemperet.

Aristoteles.

2. Non est existimanda voluptas nisi præsit recta ratio.

3. Non existimandus est dolor , nisi ad sit improbus dolus.

4. Nulla lis est salubrior , quam interna , dum recta ratio vincit.

Nulla

5. Nulla perniciosa lis quam interna, dum sensus & affectus potentiam rationis excedunt.

6. Vita nostra Deus est, quo soli fruuntur animi ad cœlestia elevati.

7. Solliciti de terrenis, & litigantes de mundanis non fruuntur vita, sed perdendo tempus ad mortem proferant.

Quales sunt canes illi curiales in nodo scirpum querentes.

Terent. quos graphicè suis coloribus depingit Tir. aquellus.

8. Qui sensum sibi statuit ducem belua est.

9. Qui rationem & voluntatem perversam, diabolus est.

10. Qui rationem rectam, vir probus est & generosa Dei proles.

11. Ut ab urbe seditiones, à familia domesticæ contentiones: ita à pectore insanientes animi perturbations pellendæ.

12. Ad supera animo genoroſo, non ad infera contendendum.

13. Ad lucem non ad tenebras: ad fontem non ad lacunas turbidas: ad pacem non ad litem: ad salutem non ad perniciem: ad gloriam non ad dedecus pleno gradu affectanda via.

14. Quicunq; se vincit virtutis præsidio, non fortuna nitatur præsidii.

15. Filij probi nunquam nimii, improbi nunquam pauci. *Ex Homero.*

16. Brevis cùm sit hominis vita, ea meditemur, ea agamus, per quæ posteris nos in hanc lucem venisse testemur.

17. Infamia enecat viventes: bona fama mortuos etiam in vita conservat.

18. A materia abjuncta est sola constantia.
19. Materiata cum sint gravia, ad imam trahunt: Spiritus alta petit.
Tb. Aquinas l. variarum question. ex Epift. Pauli ad Coloff. 2.
20. Animus est ibi ubi, amat, non animat; & animus amantis non vivit in suo, sed alieno corpore. Ut itaq; in cœlo simus Deo confociati, cœlestia ac divina amemus.
21. Confidens re caducâ & inconstantî ne miretur, si fallatur.
22. Animi purgati cogitationes à sensuum cogitationibus tantum distant, quantum à terra cœlum.
23. Vilis animus vilia, generosus autem sublimia & preciosa querit.
24. Animus nauta querat portum.
25. Animus peregrinus in terra exquirat patriam.
26. Animus divitiarum cupidus, auro caritatis & fidei locupletur, nec ultra quid expetat.
27. Animus si timet mortem, sectetur viam vitae.
28. Animus natura sitit sapientiam; lucem igitur sapientiae prensat, ut ea collustretur.
29. Animus odit ægritudines; fugiat itaq; carnis contagia.
30. Si pius esse cupit animus, Deum colat suum conditorem.
31. Animus tuus si religionis est observans, dissolvatur ab alienis, & cum Deo ejusq; λόγῳ religetur, à quo omnes veræ religionis regulæ dependent.

CLASSIS V.

1. Ordo saluberrimus est, ut famulentur materiata sensi-

sensibus, sensus rationi, ratio menti, mens autem Deo,
cui servire est verè regnare.

2. Fortior est Corpore, qui è terra elevat gravia
corpora: Fortior est animo, qui animum suum è cor-
poris terrestris ergastulo sublimem elevat ad cœli
Dominum.

*Animi libertas & corporis sanitas nec estimari ullo pretio,
nec comparari potest. Qui omni libertate caret; quid, que-
so, potest? Qui sanitatem; quid valet? Guevara p. 591. recu-
ratà editione, tertium edit. à sumtibus gravissimi viri HEN-
RICI GROSSII senioris, liberis imprimendis & excri-
mendis clarissimi.*

3. Natura generosa vitium vultu prodit.
4. Justitia Sole multò splendidior est: Sol enim
interdiu justitia die & nocte resulget.
5. Animus DEI virtute potens superat vitia.
6. Corpora, ut sana serventur, purganda sunt sæpi-
ius: animi, ut sanitatem fruantur, à perturbationum
affluentibus humoribus sunt expurgandi.

Ex Hippocrate.

7. Otio corpora torpent, magis verò animi; vi-
giles itaq; in actione virtutis occupemur.
8. Amari à probis ingens est probitatis argu-
mentum.
9. Placuisse malis magnum est improbitatis do-
cumentum.

10. Quicunq; intuetur oculo pietatis superna,
oculo temperantiae seipsum, & oculo justitiae prox-
imum, hic virtutum est alumnus.

11. Qui multa possidet, & plura semper exoptat,
pauper est.

Ex Aesonio.

L

12. In

12. In universo orbe D E I providentia : In orbe mortali hominis prudentia : In homine ipso recta ratio regnat.

Ex Hermete Trismegisto.

13. Vitium aciem mentis pervertit , ignorantia detundit : Tolle vitium & inscitiam , & mentem videbis.

14. Omnis vitae gradus bonus est : Optimus tamen ille est , quem vivit mens per sapientiam , & cor per justitiam.

15. Sol terram singulis ambiens diebus nil DEO similius intuetur , quam virum sapientem ac probum.

16. Animus sapientiae luce fulgens , est lumine plena Luna : Ignarus est luna Eclipsin patiens.

17. Mars non corpore robustos , sed animo strenuos gloriâ coronat.

18. Ex Mercurio nati , non qui multa loquuntur , sed qui pauca & prudenter.

19. Juppiter eos in regium evehit solium , non qui sceptrum gerunt , sed qui prudenti regnandi oratione excellunt.

Ex H. Cornelio Agrippa.

20. Saturni spiritu non attolluntur illi , qui vilitantum speculantur , sed qui supera ac divina.

21. Octavam Sphäram stellarum ingenti numero fulgentem non effeminati vultus patefaciunt , sed animi in numero virtutum numero condecorati.

22. Mobili supremo , cuncta suo ambitu continenti , consimilis est animus sapiens qui spiritualiter dicitur singula factus.

23. Sublimi D E O , ut & homini consimilis est animus

mus, qui simul sapiens ac prudens.

24. In descensu ad mortalia ignis peribilem animos accedit furore.

25. Aër animos ventosis inflat spiritibus temerè eos agitans acturbans.

26. Aqua animos immergit corporeis illecebris.

27. Terra sua gravitate eosdem ad ima præcipitat.

28. Mortalia alta mente despiciamus. Aeterna spectemus.

Cœlestia

Spectato

Humana

Contemnito.

29. Nullum Dominum habemus nisi DEUM.

30. Non qui se commendat, commendabilis est, sed qui à DEO commendatur.

31. Vir strenuus animo nunquam succubit per naturam libero, sed corpore per naturam servo.

32. Dies unius viri probi plus patet, quam improbilongissima ætas.

33. Vita sine literis mors est, vivi hominis sepulta.

Ex Seneca.

CLASSIS VI.

I.

INfortunia & naturæ calamitates non sunt supplicia, sed tributa hujus mundi.

2. Turres & mortes prosterni possunt, animus heroicus, cui circa pectus æs triplex, imperterritus manet.

Ex Horatio.

L 2

Non

3. Non sentire calamitates non est hominis, eas
non ferre non est viri.

4. Vita viro felici brevis, misero longa.

Seneca.

5. Nulla est fortunæ tam vehemens pertur-
batio, quam non pia compescere possit prudentia.

6. Cùm beneficeris; male audire regium est,
Alexander Rex ad parafium.

7. Optima vitæ præcepta, partim utilitas, partim
voluptas, partim prava consuetudo eripere solet.

8. Non ipsa res, sed rerum opiniones homines
perturbant.

9. Ad naturam, non ad opinionem vivendum:

Ex Seneca.

10. Bonorum fortunæ nihil nostrum est præter
usum.

11. De bonis naturæ & fortunæ non est dicendum:
Perdidi, sed reddidi.

12. Imitemur naturam, quæ supervacaneis non
abundat.

Ex Aristotele.

13. Vinci mortalia, & elevari in cœlum non pos-
sunt, nisi per pugnam cum mortalibus.

14. Etsi nos benè-satis munitos arbitremur, sem-
per tamen fugiendæ errandi occasiones.

15. Inserviens corpori, inservit multis, qui verò
animo, uni tantum.

16. Prosperitas æmulationem parit, invidia dis-
fensionem & pugnas.

17. Omnis scientia pietate & virtute destituta
calliditas est.

Ex Platone: πνυγείᾳ.

Tempe-

31

18. Temperato viro lex est ratio recta, intemperato effectus.

19. Ridiculum est aliena perscrutari velle, cum sua quisq; ignoret.

20. Non admodum nobis curae esse debet, quid multa dicant, sed quid dicat is, qui sapit.

21. Praestat non institui ab eo, qui modum in alijs instituendis non servat.

CLASSIS 7.

I.

Docendum sine invidia: discendum absq; rubore.

Ex Augustino.

2. Dum parvus est internus hostis, prosterne eum, ut elidatur in semine: obsta principijs ne, factus grandior te enecet.

3. Malitia omnis à malo vel spiritu vel homine.

4. Sapiens gloriam in conscientia, superbus in aura populari collocat.

5. Deo, non dijs serviendum.

Ex Pythagora.

6. Assuesce non maledicere, sed maledicta contemnere.

7. Optima fortuna est velle pauca, & posse multa.

8. Misera fortuna est posse pauca, & velle multa.

9. Qui cupit in bello propitium habere DEUM serviat ei prius in pace.

Melior

Melior est pax iniusta bello iusto. *Q. Curtius.*
 10. Infelix homo, ob cujus vitam lugent multi, &
 ob mortem rident omnes.

11. Deformitas corporis turpis est, animi turpis-
 sima.

12. Externa caligo impedit hominis gressus, interna
 precipitat.

13. Scire, velle, posse, in D E O semper conspi-
 rant: in homine pugnant.

Ex Dionysio Areopagita.

14. Nisi possis quod vis, ea velis, quæ possis.
Terentius.

15. Pernitiosus est animo in ignorantia mergi
 quam corpori in abyssu maris.

Ex Gregorio Magno.

16. Ex nubibus prodeunt fulgura dissipantia cor-
 pora: ex ignorantia vibrantur fulmina, animi bona
 dissipantia.

17. Insidens, dum loquitur, picæ instar est, quæ qui-
 dem profert verba, sed vim illorum non intelligit.

CLASSIS VIII.

I.

Prima species digna est imperio. Hæc autem est sa-
 pientia.

Ex Aristotele.

2. Sapientia est rerum mensura, per quam novit
 homo, quanti fieri debeat unumquodq;.

3. Mens insipiens est candela extincta, quæ nec si-
 bi nec alijs lucet.

Mens

4. Mens scientia carens est mens amens.
 5. Sapientia sapidam, insipientia insipidam reddit
mentem & orationem.

viii dvg.

6. Vera vita mentis est, ceterae sunt vitæ umbræ.
Ex Cicerone.
 7. Videmur nobis esse belli Saperdæ, cum tamen si-
mus Copræ.

Ex Aenea Sylvio & C. Clusio.

8. Homo per sapientiam supra hominem erigitur,
per insipientiam deprimitur infra hominis conditio-
nem. *B. Arias Montanus.*

9. Sapiens sine auro ditior est, quam insipiens
cum universa auri copia.

10. Plus patet viri sapientis dies unus, quam insipen-
tis longissima ætas.

11. Qui fulget per merita suorum majorum, aliena
luce lucet: At qui per merita suæ virtutis fulget, luce
in eis propria.

12. Dilectio mutua est nodus indissolubilis, & dulcis
admodum.

13. De rerum concordia pronunciandum, quod
unitas sit indissolubilis: ex multis enim paucis unum
constituit quod sit satis. 1. Unitas etiam vinci nequit,
3. Et concordia parvæ res crescere solent.

Huc referatur hieroglyphicum illud nuperrimâ obſidione Ju-
liacensi à principibus confederatis extructum Leopoldo Au-
ſtrio: Virtus unita fortior diſpersa.

14. Duces hominum sunt natura, fortuna & ratio.
 15. Ratio recta dominatur naturæ, fortunæ: de-
pravata succumbit utrisq;

CLAS-

CLASSIS IX.

I.

Superata tellus sidera donat.

Joan: Posthuius ex Laetantio.

2. Excellere ut est arduum, ita sublime & præclarum.

3. In omni vitæ nostræ constitutione id altâ mente meditandum, aut Cæsar, aut Nihil.

Jacob. Tipotius.

4. Animus sublimis sublimem proponat scopum, humilis humilem.

Maximilianus.

5. Potius mori, quam fœdari.

6. O mors, tu quidem in memorieris, at ego interreviviscam.

Augustinus.

7. Ardua pugna victoriam sibi parat illustrem.

8. Non timet mortem corporis, qui querit vitam animi.

9. Haud mortem timet, qui vitam sperat.

Inscriptio monetæ donative in exequiis Christiani I. Electoris Saxonici.

10. Non ægrè fert dolores corporis, qui de gaudio animi est sollicitus.

11. Descendimus ex sublimibus, revertamur ad ea.

12. Ex fonte boni manavimus: in fontem boni redeamus.

13. Non magni facienda est vita corporis, cum sit

fit plantis & feris communis , sed animi potius æsti-
manda pluris.

14. Gloriosa mors vitam reddit illustrem , vilis au-
te eam denigrat.

15. Mortem timet , qui suæ divinæ conditionis est
oblitus.

16. Si nobis non est molestum ante centum annos
non fuisse , cur debet esse molestum , post centum an-
nos non fore ?

17. Non est timendum id , quod dum adeat , non
percipitur.

18. Si non vis mori , non vis esse homo : Nam homo
est animal mortale.

19. Cicatrices corporum sunt signa strenuitatis
animorum.

20. Negligat animus carcerem , si libertatem ex-
optet.

21. Magnus animus ille est , qui DEO omnium
maximo se tradit.

22. Sublimis animus ille est , qui ad DEUM maximè
sublimem elevatur.

23. Probus ille , qui cum DEO omnium optimo
nectitur.

24. Liber , qui cum DEO summè-libero copulatur.

25. Splendidus , qui ad lucem supremam conver-
titur.

26. Felix , qui ad fontem felicitatis extollitur.

27. Mors æquat omnes : pares nascimur , impares
morimur.

28. Nemo eorum , qui mortem damnant , expertus
est eam.

29. Sicupis vivere , ad fontem vitæ propria.

M

Si

36. Si mortem renuis, despice corpus, in quo est
mortis origo.
37. Si gravia sunt praesentis vita onera, per mortem
depone ea.
38. Recordare te esse peregrinum, & patriam tuam
esse cœlum.
39. Si gratus tibi fuit discessus ex patria, gratior esse
debitus reditus in eam.
40. Ne timeas vulnera corporis, sed animi: hæc enim
mortem pariunt æternam.
41. Mors mortua non percipitur: mors viva maxi-
mè est infesta.
42. Ne DEUM carpas, sed te ipsum potius corri-
gas.
43. Nullum malum est gloriosum: mors gloria fulget.
44. Dum es, mors non adest: Dum non es, ab ea
nullum tibi periculum amplius impendet.
45. Vitam nostram brevem nitamus præclararum
actionum fama reddere diuturnam.
46. Infamia necat viventes: fame bona defunctos
in vitam revocat.
47. Reddamus terrea terræ: quæ autem ex DEO sine
mediò suscepimus, DEO restituamus.
48. Vis in mundi Theatro coronari? strenue dimicac-
49. Si non vis à morte turbari? animum à mortalit-
um desiderio solve.
50. Viles & sordidi sunt animi, quos sola terrena de-
lectant.

CLASSIS X.

Vt ani-

I.

UL animus tuus sit perspicuus expurga eum à fece terrea.

Speculum mortalitatis in sui ipsius cognitione radiat.

2. Ut superam recipias lucem, animum expurga.
3. Gloria est splendor ex virtute prodiens, tanquam fax accensa vitam nostram illustrans.
4. Omnis victoria celebris est sui ipsius celeberrima.
5. In mortalibus nimium obest: in divinis nil est nimium.
6. Nil in universo adeo est pernitosum, cui D E U S congruentia remedia non paraverit.
7. Humanæ imbecillitates ex corpore earum remedia ex animorum virtute petenda.
8. Volenti nihil est arduum.
9. Jocunditas perficit opus.
10. Desiderium finis media reddit jucunda.
11. Exue mortalium conditiones, si cupis intueri habitum æternorum.
12. Animus, qui virtutem sibi reddit conjugem, protege æternam recipit gloriam.
13. Exanimi cum virtute connubio filij prodeunt, qui ab injuria temporis parentem servant incolumem.
14. Duo fecit DEUS, unum propere, nimirum mentem: Alterum prope nihil, hoc est, materiam.
15. Si cupis elevari ad DEUM, vive vitam mentis.
16. Si vis labi in nihilum, inclina ad corpus & materiam,

17. Quicunq; cupit frui pace , deserat materiam ,
nam in ea solà formarum vident oppositiones.
18. Quicunq; cupit adversos perturbationum ventos
declinare , animo elevetur in cōlum, à quo longē ab-
sunt venti.
19. Tibi displicant tenebræ? pete cōlum; te perter-
refaciunt umbræ? despice corpora.
- Alex. ab Alex.
ex Plotino.
Marsilius Fici-
nus.*
20. Tibi displicet non esse? eleveris in fontem Entis.
21. Optas remedia in utrāq; fortuna ? cleveris per-
mentem supra fortunam.
22. Cupis ex fortunæ aduersatione dicere bonum a-
liquod ? esto heroicè-prudens.
23. Cupis fortunæ caput emollire ? projice in eam
munera sua.
24. Vis fortunam habere contemtim , proq; ea ne
manum quidem vertere? Compone heroicè,inanibus
maximè appellationibus.
25. Vis fortunæ bona auferre ? distribue illa heroicæ
magnificentia inter probos & egenos.
26. Vis esse formosus ? indue habitum sapien-
tiæ.
27. Vis evadere sanus ? indue habitum immortalium
virtutum.
28. Vis augere dīvitias tuas ? minue tuas appetitio-
nes.
29. Vis aurum omni auro preciosius ? reple crume-
nam mentis pietate.
30. Vis coram Deo & hominibus fulgere ? incende
animum igne charitatis.
31. Vis vincere teipsum ? vince carnem tuam spi-
ritu.

32. Vis

32. Vis vincere mundum? naturæ & fortunæ in-
commoda susq; deq; habe.

Phrasis Gelliana, que extat apud Vallam.

CLASSIS XI.

I.

Cuncta Deo sunt curæ, in primis vero principes:
Dent itaq; operam, ne abutantur cura Dei.

2. Ut virtutes, ita vitia principum in oculos
subditorum incurunt: tum quia exempla sunt cete-
ris: tum quia sunt principia, ex quibus alia dependent:
Tum quia sunt juncta cum viribus.

3. Ut virtutes & vitia sunt majora: ita Deus, justus
judex, premia majora & poenias gravioreas principi-
bus decernit.

4. Forma principis est justitia cum æquitate jun-
cta: remota enim ab æquitate est rigida nimis, & in-
justitia potius dicenda.

5. Oculus principis est providentia, & cura in subdi-
tos.

6. Corona principis est conscientia recte factorum,
& œmnia populi.

7. Manus principis est ejus potentia.

8. Sceptrum principis est autoritas.

9. Nemo recte regit populum, nisi seipsum regat.

10. Nemo recte dominatur populo, nisi recte inservi-
at Deo.

11. Verè princeps & dominus mundi ille est, qui est
princeps & dominus suimet.

Ex Claudiano.

12. Recordetur princeps, nullam tam esse sublimem potentiam in terris, quæ in miseriam labi non posse fit.

13. Quo dignitas est sublimior, eò lapsus est minor.

Ex Homero. 14. Fortalitium principiis inexpugnabile est amor illius & cura paterna in subditos.

15. Princeps non divitiarum, sed amicorum defectu perit.

16. Ut Monarcha mundi Deus est: Ita principes terræ sunt particulares ejus umbræ, quæ tunc spiritu regio formantur, dum conformantur cum Monarcha.

17. Principis hostis ejuratissimus, latus illius cingens,

est assessor.

18. Benè-compositi principiis conditio ea est, ut quemadmodum potentia præstat cæteris: Ita veritate, justitia, temperantia, prudentia non sit inferior.

19. Religio infucata ex purissimis fontibus Israëlis deduxta, est stabilimentum principis.

20. Sapientia sine potentia prodest paucis: potentia autem sine sapientia exitio fuit multis.

21. Princeps ex progenitoribus fama fulgentibus ortum dicens, respondeat illis pari virtute & ausis.

Joan Bodin. 22. Dum caput est leonis reliqua membra etiam sunt leonis: at dum caput est pecudis, membra sequuntur conditionem ejus.

Ex Platone. 23. Virtutum exemplar subjectis sit princeps.

Joan. Casus. 24. Princeps non manibus tantum & reliquis membris corporis pro infirmorum salute valeat, sed animi intelligentia & robore.

25. Principatus legibus munitus est sepimentum ditionis; legum autem expers maceria lutosa.

26. Prin-

26. Principis intemperantia enervat subditos.
27. Fortitudinis & temperantiae connubium in principe salutare maximè.
28. Prima imperij cura posita est in recta institutione.
29. Imperium illud duco optimum, quod per virtutem ad virtutem dirigitur.
30. Ad constituendum imperium hisce maximè virtutibus opus est. 1. Prudentiæ in principe. 2. Fortitudine in militibus. 3. Temperantiæ in principe simul & militibus. 4. Justitiæ in omnibus.
31. Officium optimi principis est rectarum legum custodia.
32. Mutatio morum in principe, ansa est ad populi consimilem mutationem.
33. Princeps prudens conculcat fortunam: imprudens conculcatur ab ea.
34. Princeps est oculus civitatis, quo orbata in tenebris delitescit.
35. Princeps est regula & mensura actionum populi.
36. Princeps est sol sui principatus, qui per opacitatem vitiorum obscuratur, per candorem autem mancas. *Jacob. Si.*
virtutum redditur illustrior.
37. Laus reipublicæ, si munere DEI ab heroicis & exemplaribus principibus gubernetur.
38. Princeps, *πρεσβύτερος* præmia & poenas distribuens, instar medici est vulgaris, mendicamenta exhibitis, ex quibus præsentissima interocio, sicut contra ex recta eorundem applicatione salus & vitalongior.

P. Greg. Tiliphonus part. 3. Synt. int. mirabil.

CLASSIS XII.

Nul.



Nulum præstabilius munus DEI erga mortales est, quām sancto & sui semper-similis princeps.
 2. Vera principis laus & fama non imaginibus & statuis, sed virtute & beneficijs propagatur.
 3. Sub bono principe genus omne hominum laudatur.

- Ex Plinio.** 4. Optimus princeps ex virtute : felix ex fortuna.
 5. Princeps qui suum munus deditur, contemtibilem se præstat, & idolum sive μορμωλύνειον, non princeps censetur.

- Seneca.** 6. Princeps qui vult diligi, ipse quoq; alios diligit.
 7. In bono principe virtutum omnium cumulum inesse oportet.

- Victor. Strigelius.** 8. Princeps hominibus imperans norit se quoq; hominem esse.

9. Principem in pauperes liberalitas valde commendat.

10. Delatores (genus hominum pestilentissimum) princeps cane & angue pejus odio prosequatur.

11. Quales principes, tales & reliqui sunt cives.

12. In Principis mensa sobrietas sit & civilitas, in ser-

- Ex Plutarcho.** mone suavitas , benigna convivarum invitatio & studiorum honor, non autem verborum petulantia & obscenitas.

13. Commendat principem apud plebem corporis proceritas & oris dignitas.

- Gregorius Bermannus** 14. Vita principis censura est, eaq; perpetua. Ad eam enim sese omnes conformant.

- ex philippicis Ciceronis.** 15. Non est bonus princeps supra leges ; sed leges supra bonum principem.

Non

93
16. Non uti inter pecudes, sic inter homines DEUS potestatem & regimen valentioribus dedit. Ergo virtute & justitia: non violentia aut viribus stabilitur.

17. Princeps ipse reipublicæ calculum ponat, & rationes expensi acceptijs à suis repetat.

18. Viscus nunquam inops sub bono principe.

Phl. Mel. ex Sueton. Trajano in Chrome.

19. Princeps neminem invitum apud se retineat. Gratior enim est bonis omnibus libertas.

20. Non potest esse nimium privatis hominibus, quod principi satis est.

Invitum qui servat, idem facit occidenti.

Ἄναγκη εὐφορίᾳ σὸν νέκταρα διελθεῖσα.

21. Superborum principum ævum omne & breve est & periculis varijs objectum.

Ex Cornelio

22. Princeps ab opinionibus vulgi alienissimus sit, Tacito. cum plebecula enim sentire sordidum est, cui nunquam optima placuerunt.

Tacito.

23. Principis clementia & lenitas non in ipsius modo, Ex Quinto qui imperat, sed eorū quoq; qui parēt, ingenijs sita est. Curtio.

24. Principes minimè carere possunt hisce: Religione, Justitiâ & Scientiâ rei militaris, primum ad perfectio- Ex Platone, nem sui. 2. ad retinendos in officio subditos. 3. ad vim hostium reprimendam.

CLASSIS XIII.

I.

S ub bono principe ea est populi & principis æmulationis, ut contendant inter se, uter alterum magis amet?

2. Nunquam à quoquam deceptus est princeps, nisi qui prius ipse alios decepit.

3. Superbi principis ævum breve ac fragile est.

N Opti-

4. Optimus est princeps , qui satellitium habet san-
cte-institutum.

Socrates.

5. Magistratus virum arguit.

6. Danda opera est magnis , sed non cum vulnero
mentis.

Vide Symbologiam nostram ex Scaligero.

7. Danda opera est magnis , sed comitante metu.

Mattheus

Wesenbecius.

8. Consultius est semper,viriliter dicere sententiam
quām tacere.

9. Pessimè regitur ea civitas, in qua non leges præ-
sunt, sed voluntas magistratus.

10. Nisi privata recte administrentur , publica fir-
mitatem non habent.

11. Nemo est è viris illustribus , qui non æquiore ani-
mo iedium saxy , quām plagam in fama sustineat : Nam
capitis vulnus mensis spacio solidatur, famæ verò ma-
cula ne tota quidem vita dote est elui.

Vide discursum nostrum de famæ custodia.

Ex Guevara.

12. Principis status revera bonus est , si recte illo uta-
tur : Plebei quoq; status bonus est , si in illo conquie-
scat : Religiosi status bonns est, si illo proficiat : Divitis
bona conditio est , si non efferatur & modestè se ge-
rat : Bonus est pauperis status , si in eo tolerantiam
præstet.

ANB. 13. Principes sunt colendi , non offendendi : exhor-
tandi , non molestandi : rogandi , non contumelij
afficiendi : corrigendi , non traducendi.

14. Nihil est magnificentius principi , quām si pa-
trocinium virorum fortium , fortunæ invidia affli-
ctorum , suscipiat.

15. Justitiâ duce bella suscipere debent principes ;
& prudentiâ comite ea gerere.

Ad

- 35
16. Ad quæ princeps propensior est, ea cariora vulgo
habentur.
 17. Populus, si errat, castigandus : princeps, si errat,
commonendus.
 18. Ex omnibus virtutibus heroicis præstantissima
judicatur, ea quæ beneficium aliquod in re publica-
cam contulit.
 19. Sola illa regio felix dicenda est, ubi proprio sin-
gulis labore fruuntur, & nemo de sudore vivit alieno.
 20. Non minore gloria dignus est dux, qui per con-
cordiam provinciam subigit, quam qui pugnando il-
lam vincit.
 21. Potentia divinæ respectu universalis hominum po-
tentia ludus & jocus est.
Ludit in humanis divina potentia rebus.
 22. Princeps virtute præstans umbraculum esse de-
bet, quo omnes boni recreentur.
 23. Præsentissimo in periculo regnum versatur, cuius *Aeneas Sylvius*
princeps est malus Christianus.

CLASSIS XIV.

I.

- M**aximum principis decus est ob morum suavi-
tatem diligi, & ob æquabilem justitiae teno-
rem metui.
2. Princeps imperando formidabilis, regnando ama-
bilis fit.
 3. Princeps & virtute emineat & opulentia: illa enim *H. Cöflagius in*
suos gubernat, hac exterios coercet. *L.C. Hispania.*
 4. Princeps in ipsis vitijs pœnas invenit vitiorum.

N 2

5. Rari

5. Rari sunt principes, qui non sunt aliquibus notati
vitijs.

6. Ubi fores claudit princeps subditis, ibi viscera
subditū domino non aperiunt.

7. Princeps, caput omnium, debet omnia nosse, & de
vita singulorum certior reddi.

8. Nemo bono principi adeo familiaris esse debet,
quam vir verax: nemo adeo invisus, quam homo
mendax.

9. Est boni principis, seditionis plumas evellere arro-
Joh. Lud. Vi-
gantiæ, & pacificis favoris alas addere.
vers.

10. Nunquam dabit sanum principi consilium, qui
privatum in consulendo spectat emolumentum.

11. Nunquam stabilis est inter homines amor mer-
cenarius.

12. Princeps si odium non prodit suum, voluntas de-
bet: at subditus, si odium suū non explet, facultas abest.

13. O beatam rem publicam, in qua princeps obedi-
M. Ant. Del-
entiam in subditis, & in principe subditi amorem in-
riio. veniunt!

14. Vita principis virtute præstantis instar est horo-
Cuevara. logij, quod cum subditis vel consentit vel discordat.

15. Princeps, adulacionum amicus, est veritatis ini-
micus.

16. Onerosius est principi inter rudes vivere, quam
inter sapientes mori.

17. Princeps non vestimenta suorum, sed consilia &
Ex Patriotio. integritatem spectet.

18. Princeps audiat consilia multorum, in defini-
endo verò paucorum stet sententijs.

Nullus

19. Nullus est amor magis secundum naturam, quam caritas inter principem & subditos.
20. Sedens princeps perorantem breviloquum facit.
21. Vitæ laudatæ princeps anima & cor est reipublicæ.

CLASSIS XV.

MISCELLANEA.

I.

*Lattant. lib. p.
conde falsa Re-
ligione.*

Bene-dicere ad paucos; bene-vivere ad omnes pertinet.

2. Divina sapientia est portus tutissimus, in quā omnia dictū prona sunt, auditu suavia, intellectu facilitia, suscepturna honesta.

3. Nullus suavior amico cibus est, quam cognitio veritatis.

4. Pravitatis causa est ignoratio sui.
άγνοια στερετῆ.

5. Solidum existimandum id, cui nihil decedit; Per *Vitruvium*, factum, cui nihil accedit.

6. Quicquid capit divisionem, & interitum capiat, *Zimara*, necesse est.

7. Amara sunt vitiosis, ac male-viventibus praæcepta justitiæ.

8. Nihil est præstantius Deo; Ab eo igitur mundum regi necesse est.

9. Facilis est posse dicere, quid non sit, quam quid sit, hoc est, falsa intelligere, vera nescire.

10. Virtus colenda est, non illius imago: Et colenda non sacrificio aliquo, sed voluntate sola atq; propenso.

11. Hi potius scelerati sunt habendi, qui cum sint ar-

N. 3

tium

rum liberalium studiis perpoliti, ab humanitate de-
sciscunt, quām qui rudes & imperiti ad mala facinora
bonorum ignorātione prolabuntur.

12. Dedit omnibus Deus pro virili partione sapientiā,
ut & inaudita investigare possit & audita perpendere.

Fucinus magnum & memorabile. Terentius. μέον.

13. Præteriti eit origo; præsentis substantia; futuri dis-
solutio: His enim tribus temporibus omnia conti-
nentur.

Hieron. Magius de Exustione mundi, p. 95.

14. Una custodia pietas est. Pium enim hominem
nec Dæmon malus nec fatum terret. Nam Deus eum
liberat ab omni malo. Quod enim unum & solum in
hominibus bonum, pietas est.

Hermes Trismegist. refer. Lattantio lib. 2. c. 15. de Origine erroris.

15. Pietas notitia Dei est.

Leontius referente Stobæo.

Δοξα γεωργίας θεοῦ.

16. Calcanda terrena, ut cœlestia consequamur.

17. Non in lingua, sed in corde sapientia est.

Gellius; & Homerus de Ulyssē.

18. Si sine uxore possemus esse, omnes eâ molestia ca-
ceremus: Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum
illis satis commodè, nec sine illis ullo modo vivi pos-
sit, salute perpetua potius, quām brevi voluptati con-
sulendum.

Metellus Numidius.

*Gellius lib. 1. c. 6. noſt. Act. Ferendum vitium uxoris, aut tollen-
dum: Si feris; temeliorem: si tollis; commodiorem illam preſtas.*

- Hesychius.* 19. Quibus oratio in ore nascitur, non in pectore, hi
Græcis sunt ἀθηγάλωσι & γλωσσῖδες, linguaces, lin-
gulacæ, locutulei, blaterones.

20. Nihil est tam furiosum, quam verborum vel opti-
morum

- morum & ornatissimorum sonitus inanis nulla subje- Cicero.
cta sententia vel scientia.
- Job. Major.
de P. L.
21. Nunquam taceat, quem virtus tenet loquendi, tan-
quam veternosum bibendi atq; dormiendi.
- Cæcilius Tribunus Pl. Gell.lib.1.c.15.
22. Satis loquentiae, sapientiae parum.
- Biel brühe/wenig Fleisch.
- Salust.de Catilina.
23. Nemo debet trahi autoritate cuiusquam, sed ve- Laetantius.
ritati potius & faveat & accedat. Sic in scholis Philo-
sophorum cum Dn. GO CLENIO SENIORE statua-
mus, melioribus rationibus & emergentioribus ad-
ducti,
- Nec mibi pro RAMO, nec docto est pugna PHILIPPO,
Verus uterque placet; Falsus uterque jacet.
- Arist. in Eth. Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica
veritas.
24. Nullus temeritati in philosophia locus est: In æ-
ternum stultitiae poena subeunda, si aut persona inanis,
aut falsa opinio decesserit.
25. Homo si sibi credat, certè arrogans est: Audet e. Joan. Ludov.
nim sibi vendicare, quod humana cōditio non recipit. Vives.
26. Omnes pari conditione nascimur.
27. Omnis sapientia humana in hoc uno est, ut De-
um cognoscat & colat. Hoc nostrum dogma, hæc sen-
tentia est.
28. Sapere nihil aliud est, quam Deum verum justis Hermes Trif.
& piis cultibus honorare. megist.
29. Major iniquitas est, probatam innocentiam da-
mnasse, quam inauditam.
30. Cavendi illi, qui sanguinem facilius hauriunt,
quam verba justorum.

31. Quæ-

31. Quænam illa feritas? quæ rabies? quæ insania est,
lucem vivis terram mortuis denegasse?

Lactant. lib. 5. c. ii. de Justitia. Cælo tegitur, qui non habet ur-
nam.

Lactant. lib. 5. cap. ii. 32. Nihil miserius est hominibus, quos ministros fu-
roris alieni, quos satellites impie jussionis necessitas
aut inyenit aut facit.

33. Tanta est innocentia vis, ut ad sui tutelam non
egeat vel armis, vel viribus, quacunq; iter fecerit, Ho-
ratio teste.

34. Nihil carius homini esse debet, quam innocen-
tia.

35. Stultitia est, alienæ animæ parcere cum pernicie
sue.

36. Nihil prodest cognitio, nisi & actio subsequatur.

37. Humanitatis officium est, necessitati hominis ac
periculo subvenire. Quod qui non facit, hominis ap-
pellatione se dispoliat.

38. Deus præcepit, ut si quando cœnam paraverimus,
eos in convictum adhibeamus, qui revocare non
possunt, & vicem reddere, ut omnis actus vitæ nostræ
non careat misericordiæ munere.

a Lactantius. Φιλοξενία exercenda.

φίλειμοσύνη, compassio.

39. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facino-
ra præcipites agunt: Ira, Cupiditas, Libido: Ira Ultio-
nem desiderat, Cupiditas Opes, Libido Voluptates.

Tres Erinnys sive Furiæ hominis.

40. Duo offerenda Deo; Donum & Sacrificium: Il-
lud est integritas animi; hoc laus & hymnus.

41. Idecirco mundus factus est, ut nascamur: ideo na-
scimur, ut agnoscamus factorem mundi & nostri De-
um

201

um : ideoq; agnoscimus , ut colamus : ideo colimus ,
ut immortalitatem pio laborum mercede capiamus.

Lactant. l. 7. c. b. de div. premio, & c. 7. lib. divin. Instit.

42. Fragilia contemnenda sunt , ut solida consequamur ,
spernenda terrestria , ut coelestibus coronemur : tem-
poralia fugienda , ut ad æterna veniamus.

43. Affectus est , qui movet Deum , non strepitus la-
biorum. Neq; refert , quām prolixa , quām vocalis sit
precatio , sed quam ardens & sincerus sit affectus.

JUSTUS LIPSIUS. Adjuncta preceptionis sunt :

Ult tua pertingat penitreg; precatio celum ,

Corde sit ex puro , sit brevis atq; frequens.

44. Africat manum suarum scabiem convictorum-
probus. *Theognis.*

45. Athletæ abstinent à laboribus necessariis , ut in
non-necessariis valeant. Nobis contra faciendum. Qui
equos domant , primū blandiuntur & mollissimè tra-
stant , ut assuescant freno : Sic populus lenitate sub-
cundus.

En. Sylvius.

46. Animal in intimis vires habet maximè proprias :
sic animus hisu ostentat , sed tum celat , cum maximè
juvat.

47. Avari cum multa congerant , non fruuntur præ-
sentibus , sublata deplorant : Sic qui lugent extinctos ,
vivis non fruuntur.

48. Accensam lucernam nemo molestè fert , extin-
ctam dolent omnes ; Ita nasci jucundum , mori ina-
mabile.

49. Arithemicorū digiti aliquando valent multis
millibus , aliquando nihil : Sic Regum amici aliquoti-
es quidvis possunt , rursum mutata in fastidium , gratiâ
nihil possunt.

O

50. Admi-

§o. Admirator virtutis non horret Aristidis exilium,
nec Socratis paupertatem, nec Phocionis condem-
nationem.

§1. Alijs venti sunt secundi, aliis adversi: Ita alijs
fortuna favet, alijs adversatur.

§2. Sapiens in quavis fortunâ se bene gerit.

§3. Quosdam contraria movent. Si exhorteris; ma-
gis languescunt: Si dehorteris; magis accenduntur:
Si bene- merearis; redduntur inimici: sin male; plu-
ris te faciunt.

§4. Apelles pictor queri solitus est, perisse diem, in
quo non duxisset lineam: Ita Christianus dolebit, si
quo die non evaserit seipso melior in pietate.

*Otium in ne-
gotiis.* §5. Animus ita formandus, ut quies nobis in turbis
sit, & pax inter media arma.

§6. Anima & corpus, duæ in homine partes, juncta
inter se sunt concordia quadam discorde.

§7. Æquum est, ut homini placeat, quicquid Deo
placet.

§8. Amicissima studiis Solitudo et Quies.

*Ovidius.
Justus Lipsius.
P. Bembus.* §9. Amicis summum peccandi genus est VELLE.

§o. Alibi molles simus, sed in pietate sicut ferrum.

§1. Ad mortem omnes maturi sumus, etiam ante-

quam nasceremur.

§2. Apud Deum vita longa non optima, sed innocen-
tissima.

§3. Amor humani generis nectar suavior est & gra-
vior, cum à supero ille amore venit.

§4. Ambitio & avaritia sâpe velantur religionis
mantello.

§5. Απλανός a solus DEUS & b πανεπιστήμων.

a. erroris expers. b. omniscius.

Erasmus.

§6. Aculei

66. Aculeones & curiones in religione simplicissimâ decertantes, fidem, non rationem ducem habeant.
Attendendum hic, non querendum.

67. Artes pacem dirigunt, bellum dirimuntvitia
virtutesq; premunt aut excitant, testes temporum,
arbitræ meritorum.

68. Anni & morbi ingenium hominis deprendantur,
secundum Horatium.

69. A culpâ cùm simq; innoxii, non simq; ulli obnoxij.

70. Äquat omnes cinis. Impares nascimur, pares
morimur.

71. Currit mortalibus ævum,

Nec nasci bis posse datur. Sil. Italicus.

72. Breves sermones non solum apud DEUM, sed & En. Sylvinus
apud principes grati & decori sunt.

73. Consilia quibus impares sumus, fato permittamq;.

74. Conare omne opus cum D E O aggredi, quia I Socrates.
DEUS non secus in rebus civilibus, quam in bellicis
præest ac dominatur.

75. Curat hominum vitam DEUS, ac singulorum
actus advertit.

76. Gratiola expositatio est, quæ requirit officium:

77. Maximum D E I beneficium valere sensu com- Symmach. ep.
muni, & naturali iudicio. 54. l.2.
fein schoss haben. Petrus Commi-
t. e. e. us.

78. Ad gloriam majus nihil patientia.

79. Ut flos, ita amicus gratus est, quam diu est re- Cyprianus.
cens.

80. Ad saturitatem nullà fortuna est opus.

81. Inter bonos amicitia, inter malos factio est.

82. Obedientia est felicitatis mater.

Aeschylus.

- P. Mimus.
83. Bona opinio homini tutior pecunia est.
 84. Si bonus es, patiare parem, nam nemo beatus
 Quem nemo æquiparat, non dat Deus omnia
 soli.

Eobanus Hessus.

- Antisthenes.* 85. Πενία τεράπων διδάσκαλος: Paupertas est magistra.
Prov. 20.v.29 morum.

86. Δόξα πρεσβυτέρων τολμή. Decus senibus canities.
 87. Senum canitiei adsurgendum, qui profint publicè
 prudentiā & longo usu quæsitā experientia. Alias fri-
 gida res cani & vires, quorum utrumq; etiam in bo-
 vem asinumq; cadit.

- Horat.* 88. Qui commissa tacere non potest, & cui par, qui
 fingere visa potest, seu qui plus videt, quam videt, ut
 Plautus in *Milite* loquitur, uterq; niger est, utrumque
 caveto.

- Petrus. Ar-
biter.* 89. Veteres cùm canes catenâ vincirent, in pariete
 proximo adscriperunt, CAVE CAVE CANEM:
 Utinam hi fronti inscripta haberent verba: CAVE
 CAVE SYCOPHANTAM.

90. Fides viva, per opera Caritatis efficax, Deo acce-
 ptiore est Hecatombis: Ποιῶ διαίσχυλος αληγένειν αἰχέσυ περ
 γεῶ μᾶλλον, ἢ φυσῶν αἴματα.

Carol. Sigan. de republ. Hebreor. lib. 4.c.8.

91. *Martinalia* hodie, *cras Bacchanalia*, perendie *Satur-*
 nalia celebrantes, non divites erunt, parum reponent;
 causa est delicias magno constare. Convivia sumtuosa,
 crebro-agitata, loculos exhauriunt.

92. Luxus populator quies, quem semper adhærens.

In felix humili gressu comitatur EGESTAS.

Luxuria filia inopia. Plautus in trinummo.

Claudianus lib. 1. p. 58.

93. Hæc delecta Deo dñs nqj aiaizwr, der Gottlose schreit Hümeln.
mit dem kopff hindurch. Lutherus , veluti vespæ per-
rumpunt telas aranearum & tandem hærent.

In apietas fronte meretrix est.

94. Mndē w̄t̄r̄s aq̄z̄l̄p. Nihil præcipitanter, ni-
hil temerè.

95. Nulla vis humana vel virtus meruisse unquam *In Panulo.*
potuit, ut quod præscripsit fatalis ordo, non fiat.

Ammian. Marcellinus. lib. 23.

95. Virtutis comes fama. Satius est, ut boni dicamur
cum Adelphasio Plautino , quam beati. Quid enim
prosunt opes infami? ne hilum ! Infamis vilior alga
est. Tanti tibi non sit opaci omnis arena Tagi, quam
bonum nomen.

96. Qui multum accipit, libertatem vendit : Obstria-
tus enim nodo gravi, nexu valido creditori est.

97. Tale præmium quisq; sortietur, qualiter labo-
ravit.

--- *Sit par fortuna labori.*

98. Animus est primus fons beneficiendi , & index *χαριτε-*
animi oculus. *φα.*

99. Oppressio fit aut per confictas accusationes, id *Prov.22.v.16*
est, calumnias, aut per concussionem , & vi violenta.
Utroq; Leonina & vulpina vi modo Nabothus oppres-
sus est.

100. Nemo fingere subito sibi animum potest.

Corolla-



Corollatii loco hæc adduntur
huic classi miscellaneæ mi-
scellanea.

1. Aurum blanditiæ pater est, natusq; doloris.
Qui caret hoc ; mæret : qui tenet ; hic metuit.
Londini, in domo Mercatorum.
2. Ærufatoribus nulla religio est vel omnem homi-
nem natum decoriare, saltem ut principis sui , cui pla-
cere hoc modo student , fiscum adaugeant , & nec mi-
nus tamen prædam in suum sinum conferant . *Ælius
Lampridius,*
3. Animus nunquam major est , quām ubi aliena de-
posituit , & fecit sibi pacem nihil timendo , fecit sibi di-
vitias , nihil concupiscendo . *Seneca.*
4. Centum libræ mœstitiæ unciam debiti non sol-
vunt . *Æn. Sylvius.*
5. Christiani olim habuerunt *obscura templa & lucida*
corda: Nunc contrà habent *lucida templa & obscura corda.*
Ioann. Aventinus.
6. Caſtitas periclitatur in *delitiis* ; Humilitas in *divi-
tiis* ; Veritas in *multiloquio* ; Caritas in *hoc nequam - seculo* ; Religio in *Ceremoniis*. *D. Bernhardus.*
7. Dives edit , quando vult: pauper , quando potest.
Laërtius.
8. Durum illud verbum ingenuis animis , *ROGO* , nec
inter amicos unquam expectandum . *Seneca.*
9. *FIDE, VIDE, raro Pietasq; Fidesq; videntur,*
Lingua nocet multis provida, FIDE, VIDE.

FIDE,

*Traw/
Schaw.*

107

FIDE, VIDE, sed & hū, qui dulcia verba loquuntur;
Non semper fas est fidere, **FIDE, VIDE.**
FIDE, VIDE, veri ne decipiari, amice;
Nomine, nam tutus es hac via, **FIDE, VIDE.**

10. Fides sine caritate dæmoniorum est: fides cum caritate Christianorum. *Augustinus.*

11. Fœcundior est cultu exiguitas, quam magnitudo neglecta. *Palladius.*

Mit viel heilt man haus/

Mit wenig kömpt man auch auf.

12. Ἰεζ φιλαύγιον εδὲν ιχύει φιόνιο.

13. Si quis mihi duas vias monstraret, quarum altera ad Orcum, altera ad tribunal duceret; præ hac ingredi illam eligerem: Ergo φέττε δίκην. Res enim molestissima & sumtuosissima est vitilitigatio.

ÆNIGMA.

SEX a fuge; **Q**UIN**Q**UE b tene; fac **BIS**c **D**UO; **TRINA**d sequentur.

a Amores.

b mores.

c ores.

d res.

CLASSIS XVI.

AULICA-POLITICA.

1. Parcerē personis, dicere de vitiis;
Incolumi licuit semper amicitia.

2. Pau-

2. Paucos beavit aula, plures perdidit.
Sed & hos quoq; ipsos, quos beavit, perdidit.
*Culmen aula lubricum est. Ideo consulo fideliter, ut unus
quieg, ocio perfruatur dulci obscuro loco positus. Sic enim
transibunt doles ejus nullo cum strepitu.*
3. Splendentisq; aulæ nimium ne crede favori,
Non ita luna suas mutat ut illa vices.
- Scaliger.* 4. Nempe redire, sequi regum sublimia castra,
Eximus status est, sed non sic itur ad astra.
5. Argentum cùm sit candidum, nigras tamen ducit
lineas, ut stannum: ita aulicorum quorundam alia spe-
cies est, alia facta.
6. Cautè inter captatores homines ambula, te cela,
linguam preme, omnia proba, et si non probas.
7. Calidi omniā & omnes turbant.
8. Calumnia occasione apud audientes valet, tem-
pore infirmatur.
9. Culpæ ministrorum principes ipsos commu-
nicant.
10. Contra aulicam vesaniam non est comparatum
ullum remedium.
11. Occasione tritum opus est improbitati in aula.
12. In aulis amicitia ex favore potius, quàm judicio
vero conglutinatur.
13. Melius est cum Diogene olera lavare, quàm regi-
as cum Aristippo epulas sectari.
Canis aulicus Aristippus, quem omnis decuit color.
14. Principum ad conclave operiri, Ceremonia au-
lica.
15. In aula non dicendum quid sentias, sed quid con-
veniat.

Scenæ.



16. Scenæ, quod dicitur, in aulis serviendum, &
dei ἀλωπεκίζειν τοὺς ἐτέρους ἀλωπένα.

Prov. Vulpinari cum vulpibus.

17. Invidiosum est, cum lupis si fueris simul non
ululare.

Invidus esse nolo, in vidiōsus esse labore.

18. Paucis datum hominibus, præsertim philosophis,
chlamidem simul & pallium ferre.

19. Aulicorum mores hoc tempore, vicies in die
salutare, genua inclinare, nudo capite occursare, à
tertiousq; jugere dextram porrigere.

*Erasm. in adag. lib 1. χαριγλωθεν, ad gratiam loqui, hoc
est, PLACENTINUM agere, non VERONENSEM. Ta-
les D. Paulo ad Rom. sunt χειρόλογοι, Liebkosēr.*

*Erasm. Chil. 1. cent. 3. ad. 41. Fumo pereat, qui fumos
aliis vendit.*

20. Thesauri aulicorum sunt magna p[ro]missa;
ingentes pollicitationes.

21. In aulis altera manus pomus ostenditur, altera
lapis, *Plautus.*

22. Aulici verbis amici sunt, cogitationibus in-
fidias struunt; palam benevolentiam, occulto pericu-
lam intantant.

23. Docti, in aulam venientes, demum vivere
incipiunt. Longe enim alia est ratio vitæ Academiarum
& Aulicarum.

24. Qui fructum ætatis actæ ex aula capere vult, *Proberbiūm.*
videtur is mihi è vacua nassa cibum petere.

25. Exaltati in aulis calculis Arithmeticis sunt similes. *Durus de Pa-*
sculo. Nam ut illi aliquando minorem, aliquando majorem numerum referunt: Ita hi aliquando fortunati, aliquando calamitosi, rursum aliquando illustres, aliquando obscuri habentur.

Ulricus Hertenus.

26. Blanda pectis Aula. *Lucanus.*
 27. Discedat ab aula, Qui vult esse pius. *Hartmann. Hartmanni ab Eppingen.*
 28. Ut aliqui sint, boni in aula, periculosa tamen ibi est experientia. *Aen. Sylvius.*
 29. Candoris & bonitatis nullus in aula fructus.
 30. Venientes in aulam imitari oportet Alcybia-
 dem. Nam ut aliter Athenis vixit ille Atticā morum
 pravitate, aliter Lacedæmone solitus: Ita opus est au-
 lico, omnē in modum se conformare cruribus eorum,
 quibus cum vivit, ut ingenio in omnem partem mu-
 tabili sit, in omnibus versatus & callidus imò ipso
 Protheo magis varius.
 31. Aulici, principum bonitate abutentes, pro falsissi-
 mo animiindicio frontem habent. *Aen. Sylvius.*
 32. Sæpè heri qui placet, hodie displicet.
 33. In curiis, principum non servitia, sed personæ
 ponderantur.

Vide Cramben aulicam Thuanj.

34. Parvos parva decent, & magnos munera magna.
 35. Si curiam curas, pariet tibi curia curas. *Mare aulicum. Joachimi Camerarij.*
 36. Injurias accipere & gratias sæpe agere aulicum est.
 37. Aularum beneficia sunt lenta, injuriæ præcipites.
 38. Injuriæ in aulis sunt documenta patientiæ.
 39. PROMITTERE etiam beneficium in aula est.

Omnes.



40. Omnes qui in UMBRA philosophamur, nec aliquando ad res regendas accedimus, quod scimus, ne-scimus.
41. Venti aulæ SEPTEM sunt: 1. Favor, 2. invidia.
3. Cupiditas. 4. Ambitio. 5. Luxus. 6. Consuetudo prava. 7. Egestas.
42. Diu servire in aula est diu se affligere & con-terere.
43. Novi aulici, ut novi calcei, sunt cari:
44. Non semper in aula spirant, sed ubi spirant, arripienda accasio est.
45. Solent principum favores ventuum in morem subinde reflare in diversum.
46. Principibus utendum aut raro aut jocundè.
η νύσα η ηδυσα.
47. Largè - præstat convivam esse, quam conviva-torem.
48. Aulici ad nutum principis nunc beati sunt, nunc *Polybius.*
miseri.
49. Ridiculum est, Custodem indigere Custode. *Plato Dial. 3.*
- Principes ποιητες λαων. Homerus.*
50. Agmen adulantum media præcedit ab aula.
51. Principem bonum faciunt boni Consiliarij.
52. Qui versantur in aulis, semper metuere debent, ne ruant.
- Petrus Martyr in Ethicis.*
53. Ut principum status ordinatio DEI est, ita prin-cipum aulæ ad ordinationem DEI pertinent.
- Job. Brentius in Lucam.*
54. Facilis ex aula ad senectutem descensus est.
- Celius II. Curio.*

55. Admittere in aum operi alicui in aula, tormenti loco est.

Johannes Ludovicus Vives.

56. Magnam fortunam magnus etiam animus decet.

Simon Simonius tractatu de Nobil: p. 59.

57. Malevolus animus in aula abditos dentes habet.

Institus Lipsius.

58. Aliud in ore, aliud in pectore clausum habere frequens in aula est.

Salustius de Catilina.

*Sir: n. 6. 8.
Prob. 18. 6. 13.*

59. Decet prius audire, ut conveniens responsum ad interrogata dari possit, alias de aliis dicenti, de cœpis respondebimus, falces postulanti faces offere-mus, quo nihil inceptius, Cavenda itaq; præcipitan-tia, tam in dictis, quam in factis. Audiendi pritis sunt, quibus cum nobis negocium est; ante omnia verò judices, antequam in causa pronuncient, seu civilis seu capitalis ea sit, utramq; partem in avaros audisse oportet. Nam ad poenitendum properat, citò qui judicat, ait MIMVS.

60. Sunt quidem tanto astu vitilitigatores, qui præ-occupare judicem studio quærunt in mala causa, ne audiat reos insontes. Viri autem pij non voluntarij, sed coacti penè adeunt tribunal, ne litigiosam hominum labeculam contrahant.

Δίνας Κέαυτος οὐκέτησε τὸν πρωθερόντια. Greg. M.

61. Parcant singuli detracitū linguæ, custodianq; ser-mones suos, & sciант, quia cuncti, quæ de aliis lo-quuntur, sùa sententiā judicabuntur.

62. Quantum potes, teipsum argue, inquire in te-

Ac:

ACCUSATORIS primum partibus fungere, deinde
Judicis, novissime *DEPRECATORIS*: Aliquando te
offende.

Bernhardus 15
Seneca.

*Sic David sui accusator est. 2. Reg. 24. v. 10. Et Telonus
Lut : 18.*

63. Non satis semper præsidij bona causa in se est, ni-
fi DEO, qui bonam causam bene-agentes deseruisse
nequit, præsidente. *Novanus in discursibus politici. p. 21.*

64. Pro exactissima justitiæ divinæ regula cuiq; bona & mala eveniunt. Licet hæc ipsa exceptiones
patiatur. Pro immensâ enim sapientiâ Dominus cœli
& terræ ad tempus sceleratos fungi honoribus vult,
mergi & premi suos cultores: Eò tamen tandem res
abit, ut conversâ pagina piorum causa triumphet.

65. Ferre moram, moderari iræ, contemnere risus,
Dura pati cunctos aulica vita docet.

66. Auream quisquis mediocritatem diligit, careat
invidenda sobrias aula.

Horat. od. 10. lib. 2. Carm.

114
LECTOR;

Legisti, credo, nostram hanc schedam? &,
non dubito, quid velim animadver-
tisti?

Parum siccitat temporis, pellege & has
NORMAS MISCELLANAS,
Quas

Subnexi post introductionem M. Mar-
tini Füsselii Görlicensis Lusati, In-
spectoris Ecclesiae Servitiane ad
D. Barthol.

I.

PII in verbo *vuxθημεεγη* meditantur, in quo quidem
est vita æterna, quam laboris sui hostimentum
consequuntur amplissimum. *Pf. i. v. 2.*

2. Ingens *χαστρο* Deus constituit inter pietatem
& impietatem, adeò ut nunquam convenire possit lu-
cicum tenebris, Christo cum Beliale.

διέπαιντες με, ματηγόσομε.

3. Quicquid contingat piis, habent Hyperaspisten,
clypeum, præsidium, propugnaculum, Deum; ad hunc
subinde se recipiunt, quoties volunt, non currentes Pe-
gasi pedibus, non volantes alis Dædalēis, non Argo na-
vi velificantēs, sed supplice voce devoti in fide & spi-
ritu à Deo precantes & exposcentes opem, quia propè
est omnibus, invocantibus ipsum, *Pf. 145. v. 18. & Rom. 10.*
p. 8.

4. Sacrae literæ solæ sunt, in quibus *γηράσκοντο θπί πλε-*
στι διδασκόντοροι. Ηε τές μαθήτες καὶ πονας διδασκαλῶν, ηε τές
ωδῖδας γεγνοδιδασκάλως reddunt.

5. Opor-

5. Oportet hæreses esse, ut, qui adorantur sunt, appareant : Oportet lucem opponi tenebris, ut lux gratior inclarescat oculis nostris, & fides manifesta fiat credentium luci, apprehendentium lucem, qua Christus est.

6. Biblia nostra Amor, dulcissima Biblia, dia-

Biblia, delitiae laetitiae meæ,

Divitias habeant locupletes regnaq; reges,

Divitias habeant Biblia sacra meas.

Biblia semper amo, sacra Biblia semper amabo.

Castus amor Bibliæ; Sanctus amor Bibliæ.

ΕΡΓΟΝ eruunt mili Bibliæ, erunt eademq; ΠΑΡΕΡΓΟΝ,

Dulce erit in Bibliis vivere, dulce mori.

Christe, tibi in Bibliis vivam, moriarq; beatus,

Biblia te sacra habent, dantq; docentq; pios :

Sancte liber, Venerande liber, liber optime, Salve,

O Animæ Nostræ, Biblia, Dimidium.

Totum immò dicenda meæ Sacra Biblia Mentis :

Christum quæ pandis, Biblia, Noster Amor.

7. Sicut esurire signum bonum est valetudinis : ita amare divina eloquia spiritualis sanitatis maximum fuerit indicium.

Sapientibus sat multa, ceteris nihil satia. Chrysost. hom. 14. in Gen.

8. Pereant pessimus morbis, qui querunt animas fidelium. At illi occisi ob confessionem liberam agni, qui noluerunt recipere characterem bestie in frontibus, cauterium idolatriæ in conscientiis, & ad Baal Maozim, Cereali è farre creatum, numen crustaceum, umbratilis levitatis umbram, & spumam panis, sonitu tintinnabuli ostentatum Deastrum populum incurvare fortiter recusarunt, illi, inquam, occisi, lumine cassi : at Luminis æterni consortes, cum Agno Vivunt, albis induiti vestibus, &c.

9. Ser-

9. Sermo datur multis, sapientia paucis, quam distri-
buit dominus, cui vult, & quando vult, *Augustin. de sca-
la Paradisi.*

10. Argento auroq; homines non fiunt meliores, sed
dities virtute ex sapientum dictis.

11. Cujus aures sunt clausæ veritati, hujus salus de-
speranda est. *Cicero.*

12. Hæc duo divinitus data hominibus longè pul-
cerrima, veritatem amplecti & beneficium operam da-
re. Homo enim natus, non *εἰς ὕλην, ἀλλὰ εἰς τὸ Λεγεντέον.*
Æl'ianus lib. 12. Vet. hist. ex Pythagora.

13. Quilavat munera, perdit: *ωνεῖα χάριτες γλυκερώπε-
ροι.*

14. Hominibus nonnullis pro nectare & ambrosia est
τὸ κακεργεῖν. Diabolæ enim naturæ *κακεργαζίδες φυχή*
Themistio, quibus quies est, inquietasse, qui verè *Noxa*
dici queunt. *Vergilius.*

Et si non alii retrigessem, mortuus esses. hoc est.

Es hatte dir das Herz abgedruckt.

15. Πολλάρι τας γνῶμας εἰς αποτῶσι ιδεύ. *Theognis.* Formæ
externæ multum fallunt, pulcrum placebat pomum
Evæ, fulgor aurei amoris, attamen miserè-decepti
Legi Rhytmos anno 1385. scriptos.

Ich hab manchen erkant,

Der gelt kaufft/ vnd künffter fandt.

Muniendum itaq; pectus eruditæ virtute, pietate lite-
rata.

16. *Quisquis inops peccat, minor est reus:* *Petrurius Ar-
biter.*

17. Civilis sapientia pretio numario æstimari non po-
test. *Ulpianus.*

18. Christus homo factus, auditu devorandus, intel-
lectu

lectu ruminandus, fide digerendus est. *Tertullianus lib.
de resurr. Carnis.*

19. Præstat cum paucis bonis adversus malos omnes, quam cum multis malis, adversus paucos bonos pugnare. *Antisthenes.*
20. Vtis semper custodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. *Bernhardus.*
21. Non erubescat pœnitentiam agere, qui non erubuit pœnitenda committere. *Cesarius Arelatenfr.
bemil. lib. 2.*
22. Judicia DEI se insperato exerunt, fiduciam piis in ærumnis addentes, halt nicht/ wenn niemand spricht.
23. Quid fieri debeat, tractato cum multis; quid verò facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum. *Vegetius lib. 3. c. ult.*
24. Pulcrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt, Lepidi mores turpem facile factis comprobant.
25. Veritas concors libi & constans in perpetuum consistit: Mendacium citò veterascit & evanescit, Wahrheit bestehet/lügen vergehet.
26. E dignitate principis est, eum multos & præstantes habere fasallos. *Nerianus.*
27. Quod nullius est, id naturali jure occupanti conceditur. *JUSTINIAN. IMPERATOR.* (Idem.)
28. Eruditos prius oportet animos, poste à linguis fieri.
29. Nemo nostrum non peccat, homines sumus, non Dij. Petrus. Arb.
30. Quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est. *Cyprianus.*
31. Prudentiâ navim gubernat nauclerus, non valentiâ. *Pacuvius.*
32. Non latet obscurus, quem tollit in aethera virtus.

Q

33: Neq;

32. Neq; multum comedisse mellis expedit, neq; si-
am affectare gloriam gloriosum. *Sebastianus Castalio.*
ex c. 25. Prov. Salom.

34. Hoc ævo in susurronum albo apud principes ter-
ræ sunt emissarij Thaidiſ Romanæ, galero & togis
pullatis, quadratis pileolis & cucullis insignes; curios
simulâtes: sed ovinâ sub pelle Appuli latêtes lupi. cædes
principū Orthodoxorum procurantes: pacem juratā.
(quamvis manū nō verterint) effringētes, si è re videa-
tur, jurejurando vel centies dato. Quò respexit THE-
ODORUS EEZA *Emblem.* 24.

Tranquilli immotig, prius velut aquoris undas

Vnica ventorum vis uigitata ciet.

Sic mundum meretrix Romana; hanc tollite Reges!

Pacatus subito, credite, mundus erit.

35. Nemo tam adolescens est, qui manè sibi vesperum
policeri possit. *Varro.*

36. Ignoratio fatorum magis intentos virtuti nos
efficit, & minus anxious timore imminentium mala-
rum. *Franciscus Petrarcha.*

37. Discere cupient bonus quisq; favet.

38. Venatores canum adminiculo lepores capiunt,
at vulgus stolidos laqueis laudum irretit. *Socrates.*

39. Distractione curarum elanguescit bonum propri-
um civitatis, atq; ægritate incipit & consenescit. *Nonn.*
Marcelli ex Varrone.

Quod est in corpore humano phlegma, id est in corpore rei-
publ. Distractio. Bodinus.

40. Optimum est, spretis opibus, mediocri fortuna
contentum vivere quieto animo.

Παντα μέσοις οὐ αὔξεται, μέσοις δέλω εὐ πόλεμεναι.

SERI-

SERIES

IMPERATORVM

Plagæ Utriusq;

ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS

A

JULIO CÆSARE

usq; ad

Recens - designatum.

MATTHIAM, ejus NOMINIS I.

MONARCHAM

SEMPER-GLORIOSUM

SEMPER-AUGUSTUM



*Schematismo peculiari
exhibita & declarata.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-630917-p0128-1

<p>Sub Impp. 118. alti</p> <p>ante divisionem Im- peri extitere, nem- de 40 ex</p> <p>post divisionem 78. & quidem vel</p> <p>Consum- matam , ubi varię atriusq; impeii vi- cissitudi- nes</p> <p>Sinchoa- tam s. d</p>	<p>13. priores.</p> <p>13. priores.</p> <p>exterioris & Romanis mixtim 27. c</p> <p>i. Orients effloru- it supra occiden- tem, idq; vel</p> <p>ante oppressum occiden- tem, ubi 3. Orienti: s2. Oc- cidentis Impp.</p> <p>post oppressum occiden- tem, 22. Impp. f</p> <p>ante op- pressum</p> <p>Osidēs efflo- runt supra O- rientem, idq; ve</p>	<p>Junij 10.</p> <p>Oriens talibg. g</p> <p>Occi- denta- libus. b</p> <p>Saxonici. i</p> <p>Secuti sunt 26. Junii.</p> <p>ante 17. an- norum in- terregnum 14. k</p> <p>post inter- regnum 12. l</p>	<p>Junij 6. m</p> <p>MO:</p>
---	--	--	------------------------------





MONARCHIÆ QVARTÆ IMPERATORES:

ANTE DIVISIONEM IMPERII

^a Ex solis Romanis familiae JULIAE. 6.

- | | |
|----------------------|----------------|
| 1. Julius Cæsar. | 4. C. Caligula |
| 2. Octavius Augustus | 5. Claudius |
| 3. Tiberius | 6. Nero |

^b Diversarum familiarum.. 7.

- | | |
|----------------|------------------|
| 1. Galba | 5. Titus |
| 2. Otho | 6. Domitianus |
| 3. Vitellius | 7. Numa Coccejus |
| 4. Vespasianus | |

^c Ex Exteris & Romanis mixtis.. 27.

- | | |
|--|-----------------------|
| 1. Trajanus | 15. Philosophus Arabs |
| 2. Adrianus | 16. Decius |
| 3. Antonius Pius | 17. Gallus |
| 4. Antonin ^o Philosoph ^o | 18. Æmilianus |
| 5. Commodus | 19. Valerius |
| 6. Pertinax | 20. Gallienus |
| 7. Didius Julianus | 21. F. Claudius |

8. Septi-

- 123
- | | |
|------------------------------|---------------------------------|
| 8. <i>Septimus Severus</i> | 22. <i>Aurelianus</i> |
| 9. <i>Bassianus</i> | 23. <i>Tacitus</i> |
| 10. <i>Macrinus</i> | 24. <i>Probus</i> |
| 11. <i>Heliogabalus</i> | 25. <i>Carus</i> |
| 12. <i>Alexander Severus</i> | 26. <i>Diocletianus</i> |
| 13. <i>Maximinus</i> | 27. <i>Constantinus Chlorus</i> |
| 14. <i>Gordianus</i> | |

d Inchoatæ divisionis 8

- | | |
|-------------------------------------|------------------------------------|
| 1. <i>Constantinus M.</i> | 5. <i>Valentinianus</i> |
| 2. <i>Fili ei⁹ tres</i> Constantius | 6. <i>Valens</i> |
| 3. Julianus Apostata | 7. <i>Gratianus cum Valentini⁹</i> |
| 4. <i>Jovianus</i> | 8. <i>Theodosius Major</i> |

e Consummatæ divisionis labente

Occidente, 3.

- | | |
|-----------------------------|---------------------|
| 1. <i>Arcadius</i> | 3. <i>Martianus</i> |
| 2. <i>Theodosius Junior</i> | |

f Oppresso occidente 23.

- | | |
|-------------------|----------------------------|
| 1. <i>Leo I.</i> | 13. <i>Constans</i> |
| 2. <i>Leo II.</i> | 14. <i>Constantinus V.</i> |
| 3. <i>Zeno</i> | 15. <i>Justinianus II.</i> |
4. Phi-

- | | |
|---------------------|-----------------------|
| 4. Anastasius | 16. Leontius |
| 5. Justinus I. | 17. Apsimarus |
| 6. Justinianus II. | 18. Philippicus |
| 7. Justinus II. | 19. Artemius |
| 8. Tiberius | 20. Leo III. |
| 9. Mauritius | 21. Constantinus |
| 10. Phocas | 22. Leo IV. |
| 11. Heraclius | 23. Constantinus VII. |
| 12. Constantinus V. | |

Occidentis IMP. labente Ori-
ente 40

¶ Ante E L E C T O R E S ex Francis Occi-
dentalibus 9.

- | | |
|-------------------|-------------------------|
| 1. Carolus M. | 6. Ludovic. 3. Balbus |
| 2. Ludovicus Pius | 7. Carolus III. Crassus |
| 3. Lotharius IV. | 8. Arnulphus |
| 4. Ludovicus II. | 9. Ludovicus IV. |
| 5. Carolus Calvus | |

¶ Ex Francis Orientalibus
Solus Cunradus I. Saliquus dictus

¶ Ex SAXONICIS

4.

1. Henri-

- 123
- | | |
|--------------------|-------------|
| 1. Henricus Auceps | 3. Otho II. |
| 2. Otho I. | 4. Otho IV. |

**k Post Electores ante inter-
regnum 14.**

- | | |
|------------------------|--------------------------|
| 1. Henricus II. | 8 Frideric. I. Barbaroß. |
| 2. Conradus II. | 9. Henricus VI. Asper |
| 3. Henricus III. Niger | 10. Philippus |
| 4. Henricus IV. Sen. | 11. Otho IV. |
| 5. Henricus V. | 12. Fridericus II. |
| 6. Lotharius Saxo | 13. Conradus IV. |
| 7. Conradus III. | 14. Guilielm. Holland. |

l Post Interregnum 12.

- | | |
|--|----------------------|
| 1. Rodolph. I. Habspur- | 7. VVencesl. Ignavus |
| ^{gicus}
2. Adolph. Nassauius | 8. Jodocus |
| 3. Albert. Austriacus | 9. Rupertus Palatin, |
| 4. Henricus VII. | 10. Sigismundus |
| 5 Ludovic. V. Bavar. | 11. Albertus II. |
| 6. Carolus IV. | 12. Fridericus III. |

m Oppresso Oriente 6.

R

i. Maxi-

- | | |
|--------------------|---------------------|
| 1. Maximilianus I. | 4. Maximilianus II. |
| 2. Carolus V. | 5. Rodolphus II. |
| 3. Ferdinandus | 6. MATTHIAS I. |

Cui largiatur ḏωτῆς ille ἑέων, fons omnis boni inexhaustus,
 felicitatem perpetuam, & longævitatem, omnis νοτεξε πά-
 θες expérem, prosperum, rerum gerendarum succel-
 sum, ad ingemiscētis Ecclesiæ salutare præsidium,
 & subditorum, quorum interest,
 respectum.

A M E N.



SYL=

127

SYLLABVS,

Quorum hæc Scheda meniinit,

AUTORUM.

A

Æschylus
Ælius Lampridius
Ælianuſ
Æneas Sylvius
A. Gellius
Albertus Kranzius
Alexander ab Ales
Ambroſius
Ammianus Marcellinus
Andreas Alciatus
Angelus Monosinius
Antiphenes
Ariſtoleſ
Arias Montanus
Ariſtus
Augustinus
Atheneus
Auſonius

B

Bacchiliſes
Baldus I. G.
Baſilius
Bernhardus
Biblia Saera
Bibliotheca Paulina

C

Cecilius
Celius II. Curio
Chares
Carolus Cluſius

<i>Carolus Sigonius</i> <i>Cefarius Arelatensis</i> <i>Caſiodorus</i> <i>Cato</i> <i>Cato Romanus</i> <i>Catharinus Dulcie</i> <i>Cicero</i> <i>Claudianus</i> <i>Columella</i> <i>Cornelius Tacitus</i> <i>Cyprianus</i>	<i>D</i> <i>D. Auerbachius</i> <i>Desid. Erasmus Roterodamus</i> <i>Diogenes</i> <i>Diogenes Laertius</i> <i>Dionysius Areopagita</i> <i>Durus de Paſculo</i>
---	---

E

Eobanus Heſsus
Epimenides
Euripides
Eusebius

F

Franciscus Petrarcha
Franciscus Patritius
Fulgentius

G

Gabriel Faernus
Georgius Remus
Gregorius Bersmanus
Gregorius Magnus

Q 2

Gre-

Gregorius Nazianzenus	Julius Caesar Scaliger
Gregorius Tiliphonus	Iustus Lipsius
Guevara	L
	Lactantius
Hartmanus Hartmani ab Ep-	Laurentius Valla
pingen	L. Annaeus Seneca
Henricus Conflagius	Leontius
Henr. Cornelius Agrippa	Livius
Hermes Trismegistus	Ludovicus Granatenfis
Hesiodus	M
Hesychius	Macrobius
Hieronymus Trentlerus	Marcus Fridericus Wendelinus
Hieronymus Magius	Marcellius Ficinus
Hippocrates	Martialis
Homerus	Martinus Lutherus
Horatius	Mattheus Wesembecius
Hugo	M. Antonius Delrio
	M. Martinus Füsselius
Jacobus Augustus Thuanus	M. Anneus Lucanus
Jacobus Simancas	M. Varro
Jacobus Tipontinus	Menander
Janus Gruterus	Metellus Numidius
Joannes Posthius	Musonius
Joachimus Camerarius	N
Joannes Episcopus Sarisberensis	Nicolaus Reusnerus
Joannes Chrysostomus	Nonnius Marcellinus
Joannes Nevianus	Navarus
Joannes Taulerus	O
Joannes Gvilielmus Stuckius	Orlandus Pescettus
Joannes Aventinus	Ovidius Naso
Joannes Bodinus	P
Joannes Casius	Palingenius
Joan. Ludowicus Vives	Palladius
Joannes Major	Paccuvius
Joannes Brentius	P. Rembus
Isoocrates	Petrurius Arbiter
Juvenalis	Petrus Martyr

Estius

Petrus Schumannus	Symmachus
Philemon	Synesius
Philippus Melanchthon	T
Philippus Berwaldus	Tertullianus
Philippus Comminicus	Terentius
Plato	Theodorus Beza
Plautus	Themistius
Plinius	Themistocles
Plinius Secundus	Theocritus
Plotinus	Theognis
Plutarchus	Thomas Aquinas
Polybius	Thomas Garzon
Prudentius	Tiraquellus
Ptolomeus Arfacides	Titus Livius
Publius Mimus	Tuscanella
Publius	V
Pythagoras	Valerius Maximus
Q	Vegetius
Quintius Curtius	Victorinus Strigelius
Quint. Serenus Sammonicus	Vergilius
R	Vitruvius
Rodolphus Goelenius Senior	Ulpianus
Rodolphus Gualtherus	Ulricus Hutterus
S	X
Salustius	Xenophon
Sebastianus Castallio	Z
Simon Simonius	Zimara
Socrates	
Sophocles	
Stobeus	
Suetonius	
Suetonius Trajanus	

R 3 Tropo-

TROGRAPHUS

LECTORI.


Lector benivole,
O Mnibus error inest rebus, sermonibus, actis;
Scilicet & libris omnibus error inest:
Si menda advertes, (ut sunt ea plurima) Prælum.
Quæ male-descripsit, deproperand, typis.
Hæc favor emender tuus: *Eft errare humanum:*
Tu qui menda notas, non quoq; es ipius homo?
Candidè Lector ades, chartam hanc tibi solus habeto;
Ore niger nigras Momus habebit aves.


tauwotw tw̄ Jēw̄ dō̄ξa aīw̄i ☩

*D'EL PRÆSENTE M' GODO ET MEGLIO
ASPETTO.*

Anno
*er VDIMInI & Intelligite potentes
In terrâ.*







Nd 614.

8^a

ULB Halle
004 144 775

3



56

KDT

n.c

Farbkarte #13

	Inches	Centimetres	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
1	1	25										19
2	2	50										18
3	3	75										17
4	4	100										16
5	5	125										15
6	6	150										14
7	7	175										13
8	8	200										12
9	9	225										11
10	10	250										10
11	11	275										9
12	12	300										8
13	13	325										7
14	14	350										6
15	15	375										5
16	16	400										4
17	17	425										3
18	18	450										2
19	19	475										1

REGIA,

LIBRIO DE OFFICIIS
TITUTIS

PIS
clesie Constantino-
ientali olim

ad
NOMINIS I. IMP.

so. perscripta,
Σταραγληλως collatione
ognita, & acceptione
upletata.
NITORIA.

F. Imperii hæredem & Successo-

IS CHRISTIANI APHO-

talico Latina civitate donata, in
ipibus instituendis convenienti-

ad Rodolph. II. denatum & ejus
successorem Matthiam I. Schema-

opera

HII LIP. M. B. ET

, quæ Dessa est,
arii, &c.

que
corona Matthiae.

hiâ Zachariæ
eri.